

FRANCIS CI  
SANCTII BROGENS. S  
IN INCLYTA SALMAN-  
Sicensi Academia Rhetorices, Græcæque lingue  
primarij Doctoris, in Gryphum Ausonij  
Annotationes.

10938

yphus, vel Gripus est propriæ pescato-  
m sagena, id est, rete, capitul pro ænig-  
ate, vel obscura quæ stione, qua mens aut  
elle etus irretitur, ita Suidas, Hesychius,  
Luitachius, dicitur etiam Græcc Bolos, à iaciendo,  
Latine jaculum, Hispanè Sparauel, & redeguelle.

**I** Ter bibe, vel toties ternos. Plutarchus in libello devi-  
ta Homeri postquam multa carmina poetæ recitauit  
de numero ternario, & nouenario, sic ait: Quur autem  
nouenarius numerus est perfectissimus? quia quadra-  
tus est, primum impari numerum radicem habens:  
estque impariter impar: in tres diuisibiles terniones,  
quorum quilibet in tres unitates diuiditur. Mysticam  
legem dicit propter illud Horatij lib. 3. Odyss. 19.  
Tribus, aut nouem miscentur Cyathis pocula commodis:  
qui Musasamat impares Ternos ter Cyathos attonitus pe-  
tet vates. Tres prohibet supra rixarum metuens tangere  
gratia. Quasi dicat: Tres cyathos bibe, propter Gra-  
tia.

32  
15

571 *Vtque loquax in equo. Politianus in Miscell. 76.*  
*solus attigit, quid hic dicat Ouid. Anticlus, qui cum*  
*cæteris Græcis in equo Durateo fuit inclusus, ab Ulys-*  
*se compressis fauibus suffocatus est, eo quod Helenæ*  
*vocibus voluerit respondere. Meminit & Homerus*  
*Odys. 4. Politianus in Ambra.*

*Indicijque metu præclusum pollice fances*  
*Anticlon Ortygidem.*

573 *Aut ut Anaxarchus. Miror oscitantiam inter-*  
*pretum, quum Diogenes Laertius differte in vita Ana-*  
*xarchi hoc ostendat, quum (inquit) Cyprum inuitus*  
*applicuissest (Anaxarchus) comprehensam in con-*  
*cauam pilam, seu mortarium (Nicocreon) iniecit,*  
*iussitque ferreis malleis cædi: illum pœnæ suæ ne-*  
*gligentem celebre id dictum ingeminasse. Tunde,*  
*tunde Anaxarchi vasculum, nam Anaxarchum nihil*  
*teris.*

575 *Salmacis utque patrem, alij utque patrem Psamathes.* Ita legitur in Aldinis codicibus. Nec aliter legi debet: nam quatuor hæc carmina ex una eademque hi-  
*storia pendent. Pausanias in Atticis sic scribit: Reg-*  
*nante Argis Crotopo, eius filiam Psalmathen tra-*  
*dunt, puerum quem ex Apolline pepererat, ut*  
*patrem, à quo sibi plurimum metuebat, celaret, ex-*  
*posuisse. Quumque ita accidisset, ut à Crotopi cani-*  
*bus pectoris custodiis dilaceraretur, Apollinem dira*  
*quandam belluam imunisse, POINEN ipsi appellauunt, quæ è matrum grecijs infantes rapiebat:*  
*monstrum vero illud Corochum Argiotorum mise-*

ricordia ductum confecisse. Verum quum Dei ira nihil remisisset, & pestilenti morbo ciuitas iterum vexaretur, venisse Delphos Coroebum, ut de Poenae cæde Apollini tatisfaceret: & paulo inferius: Coroebi vero sepulchrum Megaris est, in quo inscripti elegit rem totam de Plamathe, & Coroebi testantur: tumuli insigne est Coroebus Poenam conficiens. Hæc Pausanias in quibus nulla mentio est de morte Crotopi, & Plamathe, sed credibile est, Apollinem iratum de Crotopo poenas sumpissime, quas ille de Plamathe sumpserat, & hæc omnia in illis elegis latius continere, Stat, i. Theb.

579 *Vtque nepos Æthræ. Theseus filius fuit Aethra, & pater Hippolyti. Nota est fabula ex Ouid. Euripide in Hippolyto coronato, & ex Seneca Tragæd.*

581 *Propter opes nimias, vel magnas. Polydorus Priami filius à Polymnestore Thraciæ rege necatus fuit. Virg, 3. Aeneid.*

583 *Vtque fecerunt fratres sex. Hæc sex carmina unam eademque continent narrationem. Amphion rex Thebarum & citharæ inuentor Nioben duxit uxorem, quæ parerit ei duodecim filios, quorum unus vocatus fuit Damasichthon, omnes male perierant, cum patre, & matre: de his late diximus in Emble. Battus autem pastor, ut Niobe, versus est in lapidem indicem quem Hispane vocamus (toque de platero.) Ouid, i. Metam.*

589 *Aera si misso Hyacinthus puer Oebali filius ab Apolline disco percussus interix. Ouid Metam.*

**THEO.**  
**PHRASTI DE HI-**

**STORIA, ET CAVSIS**  
**plantarū, Libri Quindecim.**


Theodoro Gaza in-  
terprete.

Eiusdē, Tabulas duas capita librōrū cō-  
plete: quarū unam libris de histo-  
ria, alteram de causis plantarū, unācū  
uocabulis quibusdam Græcorū et La-  
tinorum nominum, præfixas inuenies  
lector. Theodoro Gaza interprete.

Venit Parisiis apud Egidium Gour-  
moncium, uia ad diuinum Iacobum sub  
intersignio trium coronarum.

1529

Rely



THEODORI GRAECI  
THESSALONICENSES, AD NI=  
COLAVM QVINTVM PON=  
TIFICEM MAXIMVM.



Vām magna exultare leti= tia possit homines nostræ eti= tis pater sanctissime non ab= sens nunc, ut tempore elap= so, relatu accipio: sed iā an= nū apud te manens rerū ip= sarum experimēto plane in= telligo. Quod enim solū ue= tus illa, & laudata Platonis sententia remedio urbi= bus futurum permultis, ac uarijs detrimentis labo= rantibus afferit, nostris his temporibus certe uideo cō= tigisse. Quod enim tu, qui summus philosophus sem= per fūisti, summus princeps creatus es, præclare actū iam est, quod uir doctissimus ille futurum affimat: cum aut philosophus regnare, aut rex philosophari incāperit. Quippe nunc arma, que per Italianam, Eu= ropānque totam sœviebāt, penitus conquiescunt: & Mars furens ille uinculis tuæ coērgetur prudentiæ. Omnisq; inter se gentes reconciliatæ, pace trāquillif= sima ex tua opera, tuisq; consilijs perfuruunt: et cla= riſſima quietis munera, idest studia litterarum: que diuturna bella eripuerunt, tuo pontificatu reflore=

\* ij scere

THEODO. GAZAE PRAEFATIO

scere pulcherime incepere . Pacem nanque ipsam ab  
te fundatam ueluti quādam plātam, flores eiusmodi,  
atq; fructus abunde sequūtur. Et urbes Italiæ omnes  
nunc litterarum ornamentiis exhilarantur, quibus pri  
us orbatae , deformes, & ueluti lugubri quadam ue=  
ste induitæ, modò uiduarum degebant: consistunt nūc,  
augenturque maiorem in modum cœtus philosopho=rum,  
oratorum, poëtarum , deniq; professorū omni=um liberalium artium: & excitantur mirum in modū  
ingenia hominum te authore dñe Nicolae , qui nō so=lu=m tua tempora pacata sic reddidisti, uerū etiā cuiq;  
suæ uirtutis, laborisq; magnifice proponis. Non enim  
tu pecunias conseruandas inutiles censes, sed aſidue  
queq; large distribuis, & diuitem sic te opinaris, si ti=bi  
pecuniae uſui sunt, si summa liberalitate laudem tibi  
comparas immortalem. Nec tu aurum ad condendos  
exercitus sumptitas, ut non niſi sanguinolenta manus  
calicem diuini sanguinis labijs admoueas tuis: sed fef=fa  
oppida reficiſ, templā condis, omne litterarum ge=nus ut pulchre uigeat, facis: que pauperibus inopiam  
reddant leuiorem animo largiris. Omnia deniq; lauda  
biliter statuis, quibus felicitas publica cunctis morta=libus contingere poſſit. Sed nihil clarior, nihil sanctius, nihil deniq; humane uitæ cōmodius, quam ea tua cu=ra, et diligentia: qua litteræ florent, & homines pluri=mi docti, eruditiq; euadunt. Quaq; doctis nihil omnino  
deest, quod uel honoris, uel pecunie consequi debeant.  
Qua in re peculiarem profecto laudem illam quoque  
tibi

## IN LIBROS DE PLANTIS

tibi reddere licet, quod non solum uolumina omnia, que lingua Latina preberere possit, summa cum diligentia colligenda, & usque a barbaris ultra Aquilonem degentibus conquirenda magno cum sumptu curas: sed etiam græcorum numerosa opera conuertenda in latinum sermonem percenses. Idq[ue] tanto cum desyderio agis, ut breui, pauci uix libri insignes restent linguae illius, qui latine legi non possint. O rem perutilem, & summo pontifice dignam. Hæc enim ut homines eruditos, omnique barbarie perpurgatos reddere potest: ita etiam humaniores, iustioresque reddat necesse est. Hæc tuas bibliothecas summe princeps nō pacis quibusdam iudeorum libellis, ut de Ptolemæo Philadelpho scribitur: sed plurimis, amplissimisq[ue] græcorum codicibus gentis nobilissime, omnique litterarum genere pestantissimæ facit pleniores. Quo circa ratione optima bibliothecas istas, que tanum luminis afferant lingue latine, tantumque utilitatis præsent hominibus, thesauros longe meliores illis existimari oportet, quos pontifices quosdam semper custodisse, modoque Colchidici illius draconis, absque ulla utilitate super eis assidue inuigilasse accepimus. Quæ cū ita sint, te iure optimo fundatore quietis, authoremque aurei cuiusdam seculi, nō solum Quirites, uerum etiam omnes Europæ incole appellant, & summis laudibus extollunt: & honoribus perinde, ac deum in terris alterum prosequuntur. Sed hæc quanquam plenius explicare magnopere cupio clementissime pri-

THEODO. GAZAE PRAEFATIO.

ceps, tamen Theophrasti opus, quod mihi interpretandum decreueras, me iam ad se trahit, ut inspici a te celerius possit. Quapropter de his alias latius uti debeo referre pro virili mea conabor. Nunc Theophrasti libros de plantis fronte hilari, pro tua solita humilitate accipies: quos credo traduci a me iusseras, non quod me satis id facere posse putaueris (parum enim ea in re me ualere, tu minime ignoras) sed ut hominem græcum latine dicentem aliquando audires. Nouitas enim rei non nihil delectationis afferre quoq; in genere potest. Mihi tamē res adeo meas uires excedere uisa est, ut nisi pro lege tuam uoluntatem firmissime mihi statuerem: facile Hercle recusarem, que bene expedire non possem. Ceterum tua iussa tantum apud me ualent, ut quantulum ego summo cum labore alieno in cœlo serere possim, cogitare non uelim, dum modo tue uoluntati morem gessisse uidear. Inspice

igitur ex lege quoad tue occupationes permittant, libros quos iussu tuo in latinam conuertimus linguam, atq; in tuo nomine edidimus: et siquid recte dixisse uideamus, id diuino tuo auxilio tribue. Te enim non secus, ac Deum piffesime inuocantes opus incepimus.



Theodori

# THEODORI GRAECI

THESSALONICENSIS PRAE-  
FATIO IN LIBROS THEO-  
PHRASTI DE PLANTIS.



Ræfandū illud Heracliti dictum arbitror, quo abiecit & cuiusdam domunculae adiūtū breuiter simul & pulchre minus aspernandum asservavit. Is enim casam aliquādo ingressus furnariam, sed se ignis hyberni forsitan causā, diutius dicitur. Quod cum à quibusdam interim quereretur, quos eum utilissimum locum introire puderet: subridens ille introite, inquit, sunt enim hic etiam dij. Nam & si nobile, atque graue studium illud putari debeat, quo te non uoluminis alieni interpretē, sed tui auihorem exhibeas: tamē nō adeo contemnendum equidem interpretandi studium dixerim, ut nunquam ad hoc digneris accēdere. Est enim uel in eo ipso utilitas quedā, quā negligi minime ab homine philosopho decet. Proderit namq; hominibus non minus cū sententia aliauius utilē aperuerit, quam cum suam ipse docuerit. Nec illa dicendi ratio deest, quae de promenda sane sit ex philosophiae magistræ omnium rerum (ut ita dixerim) officina sermonis. Cum de aliena lingua

## THEODO. GAZAE PRAEFATIO

in tuam traductio exigit quidem, ut idem aperias, sed non idem, quod vulgus seruare in transferendo cō-  
confueuit: sed quod proportione lingue utriusque phi-  
losophus suo iudicio aptissime daret. Item exprimi  
quidem ornate singula præstantius est, sed non adeo  
uerborum ornatui indulgendum: ut si quid non nisi  
mutata sententia transferre ornate ualeas, tueri ele-  
gantiam malis, quam sententiam: quæ forma quo-  
dammodo est orationis. Vocabulorum & enim mo-  
dum, utpote materiam quandam pro forme istiusmo-  
di ratione, non formam istam pro uocabulis capien-  
dam philosophus nouit. Addo etiam imponendorum  
nominum aptam inuentionem, quæ cum in interpre-  
tando persæpe necessaria sit, philosophia profecto  
opus est: quæ natura perspecta, nomina noua quidem,  
sed quod ad recte rationis iudicium pertinet, nullo mi-  
nis reddat antiqua. Sunt enim nomina rebus imposi-  
ta quemadmodum placuit, & ponи quotidie pariter .  
licet. Nec tempus ullum excogitare futurum ualeas,  
quo aut rerum inuentio, aut nominum impositio es-  
set. Non tanen id officium vulgo, cui temere omnia  
placent: sed philosopho certe homini rationum inda-  
gatori tribui debet, ut neque ratio desit nominum,  
& posita sint quemadmodum placuit: quanquam hac  
ratione potius, q̄ illa placuerit. Quamobrē interpre-  
tandi studium quamvis ampla quadam careat graui-  
tate, spernendum tamen non ducimus. Sed Heracliti  
dictum illud Deos immortales, hic etiam esse præ-  
sumur,

# IN LIBROS DE PLANTIS

famur: atque ex cæteris philosophiae studijs, quibus nos dediti sumus, ad hoc non unquam uenimus: sed interest, qd partim libenter, partim non libenter id facimus.

Cum enim ex latinis litteris in græcam linguam uertendum aliquid est, libenter id uerimus. Minore enim cum labore plura lingue usu paternæ confidere possumus, an etiam non inepte sit hoc aliorum iudicium. At cum latinis hominibus, quibus cum nunc uiuimus, ali quid nostræ lingue interpretari necesse est, hoc profecto libenter haud quaq; suscipimus. Sumus enim inter latinos, nō minus lingua, qd patria pegrini. Quapropter non solum amplum, ac difficile quoddā opus uertendum in linguam latinam nunquā meo arbitrio mihi sumerem: sed etiam nec paruum quoddā aggredi auderem. Verūm mihi quoq; idem euenire planissime uideo, quod actum spōte, sed animo inuitio refert Homerus. Quod enim aliās nolle: facit, ut uellem diuus Nicolaus, quem nostra ætās summum habere pontificem merito gloriatur. Hic enim ut libros Theophrasti de stirpibus latino aperire sermone iussit: rē uehemēter arduam, non tantum homini græco, uerūm etiam latino. Nam & genus istud scribendi longe copiosius, ut omnia græca lingua obtinet, qd latina: & latinis auctoribus cura defuit, qua suis hominibus plenius hæc, et quo ad Romana posset oratio, synærius explicarent. Liæt id uidere, cū in alijs singulis, tū in ijs, quæ Plinius secundus exposuit. Nā ut cætera omittam, uix enim pauca inter tam numerosa eius capitula, mēda mihi carere uidentur

## THEODORI GAZAE PRAEFATIO

uidentur: quod de arboribus glandiferis, inquit, mon  
strasse satis hoc loco futurum reor. Has enim arbores  
generis unius vocabulo amplecti latinū sermonē posse  
omnino negat. Ea credo de causa, quod nullum inuenie-  
rit, quod illi græcorū generi responderet, quod dīpūs  
dicitur. Itaque quatuor quædam genera reddit. Quer-  
am. Robur. Esculum. Cerrum: & græca illa adiungit.  
ημισθίες ἀργίλοπα ἀλίφλοιορ τλατέψυλλαρ:  
quasi quatuor hæc, latinis quatuor illis respondere non  
possent. Nec robur pro communi omnium genere ca-  
pi satis apte licet. Sic per incuriam author ille cū mā  
nus dilucide docet, tum inopem plus, quam sit, latinam  
linguam ostendit. Magna etiam in reliquis authoribus  
percipi potest negligentia. Que tamen singuli igno-  
rarunt, uel neglexerūt: colligi magna ferè parte in om-  
niū simul operibus possunt. Sed quam laboriosum id  
sit, uel ex interpretibus, tum antiquis, tum hisce nostræ  
etatis argumentum deduci facile potest. Prisci enim illi  
si qd traduxere, forensis id certe generis oratio est: aut  
rerum gestarum narratio, aut de uita hominum diffi-  
tatio. Quæ quidē diændi genera, si nō æque plene, atq;  
lingua græca sermo latinus confidere possit: paulo ta-  
men arctius potest. At commentatorem plantarū at-  
tingere nemo ausus est: ob eam credo difficultatē, que  
plus laboris, quam laudis afferret. Elynum enim &  
zeam, & Olyram, & cætera generis eiusdē, quibus-  
nam nominibus latini appellant inuenisse non est, qui  
non summo labore tribuerit. At cum panicū, & semē,

## IN LIBROS DE PLANTIS

Et filiginem, et reliqua dicentem interpretem audis:  
nil penitus esse arbitraris de cuius inuentione laudem  
ipse moereatur. Inter iuniores uero scilicet nostræ etatæ  
homines, aut paulo antiquiores, quod elegantius inter-  
pretari studuerint: alia quædam sibi traducenda sumpse-  
runt: plantarum uero labore, nec isti pati ullo pacto uo-  
luerunt. Qui autem, ut latine singula dictitarent mi-  
nus curarunt, græcis ipsis uocabulis usi adeo sunt, ut  
nullum ferè fructum, ex eorum interpretatione homo lati-  
nus capere possit. Itaque si eos quoque difficultatis po-  
tissimum causa nihil de platis aperuisse putaueris: haud  
quocquam mea sententia erres. Fit ergo et authorum, seu igna-  
uia, seu ignorantia, ut magna cum difficultate cōuertis  
hec possint in lingua latinam. Verum non minus dif-  
ficultatis, quinimo longe plus parit linguae ipsius in-  
opia. Minus hoc fortasse credibile latinis hominibus  
propterea dici uidetur, quod M. Tullius, ne uerbis qui-  
dem à græcis latinos superari autem. Sed qui li-  
bros non solum latinos, sed græcos etiam pari studio  
lectitant, facile re ipsa persuaderetur. M. Tullij sen-  
tentia incredibilem potius esse arbitrari. Quod equi-  
dem, ut uere de me cōfitear, haud ita esse ueremētissim  
me uellem. Minus enim in his interpretandis nūc elab-  
orarem: si M. Tullius non ex minimis quibus fidā, que  
fortasse latini melius habent, simplici quadam, atque  
absoluta oratione cauillaretur: sed ueram sententiam  
diceret. Nunc uero quam laborandum sit non so-  
lum, ut priuata quædam, et rari usus uocabula: sed  
etiam

# THEODORI GAZAE PRAEFATIO

etiam pleraque apud græcos usitatissima, & in prom-  
ptu omnibus habita, latine dicamus: uel hinc satis pos-  
sit intelligi, inter herbam enim & fruticem, græci ge-  
nus tertium reddunt, idque phryganum nomine usita-  
tissimo uocant. Latini autem eo nomine uacat, nec quat-  
tuor genera faciunt: sed arboris, fruticis, herbæq; ap-  
pellatioē uniuersas platas amplecti se satis existimat.  
Item, quid apud græcos usitatius sit a cremenē: qd̄ ra-  
mos prægandes significat, in quos arbor cōtinuo pōst  
caudicem spargitur. At apud latinos nullum propriū  
nomen inueniris: sed ramos, tam eas partes, quam  
germina annicula dices. Addo opismum & chylis-  
mum, quorū differentiam nullus iter latinos authores  
nominibus proprijs exprimere potuit. Succatio enim  
uel liquatio, utriq; potius commune, qd̄ alterutro pro-  
prium reddi debeat. Facit igitur, & lingue inopia, ut  
perardua sit planitarum interpretatio. Auget uero la-  
borē, uel autorum magna in multis dissensio. Cum  
enim herbam, quam greci ἄέρων uocant, alius iouis  
caulem, aliis uitalem, aliis digitillum, aliis sedum ap-  
pellet. Quis sequendus potius sit, haud sine magno la-  
bore possit decerni. Et si forte in his minutis tam labo-  
rari curiosum nimis esse credideris. At arbore in-  
signem, aut fruticem memoratu dignum, inconsydera-  
ter cœpisse, quis nō summo errori dederit. Ut Abieti  
sinuilem illam arborem, quam greci δέρυα uocat, quo  
nam certo debeat appellari nomine inter latinos mini-  
me constat. Alij enim fagum, alijs saſsimam, alijs ornum  
appellasse

## IN LIBROS DE PLANTIS

appellasse appareant. Idque conjectura a se qui tam  
tum potueris. Nullus enim aperte de hac arbore scri-  
bit. Sed quod fagum, quidā in tenuissimas laminas se-  
cari dixerint. Nō eam fagum significari putatur, quae  
glandem fert, & scabra materie constat: sed arbore  
potius illā, quām gr̄cos οζύαρ appellare proposui.  
Eam namq; ita secari omniū praeципue posse uidemus.  
Quia de causa scissimam alijs appellare fortasse pla-  
cuit. Verum, qđ manifeste nemo docuerit, hesitare in-  
terpretem, & laborare necesse est. Hoc idē uel in alijs  
plerisq; conspiare liet. Sed omnium durissimum illud  
cerne accidit, qđ textus propositi operis, mēdosus adeo  
est, ut nulla ferè pars sit exemplaris, quod unū tantū  
habere possumus, quae uel librariorū in scida, uel alia  
temporum offensa non tam deprauata sit, ut & sum-  
ma cum difficultate fit emendandū: & nonnulla intera-  
mitti necesse sit, que uix cōgrue intelligi possint: pre-  
sertim in ijs libris, qui de plantarum historia describū-  
tur. Quas ob res difficillimam porro prouinciam no-  
bis hanc summus pontifex delegauit. Rēm q; profecto  
nostras uires penitus superantem, expediendam man-  
dauit. Sed quid agam? Fieri nō potest, ut eius principis  
iussa recusem. Res enim nulla tam plena laboris est, ut  
eam aggredi iussu diui Nicolai non debeā. Quē deos  
immortales idcirco tam ample principatu magnifica-  
se existimo: ut eius singulari uirtute, humanum genus  
felicitatem seculis memorādam omnibus ualeat adipi-  
sci. Quem ego non solum, ut dominū colo, & omni of-  
ficio


## THEODORI GAZAE PRAEFATIO

ficio, uel potius pietate, obseruo: sed etiam ut uirum do-  
ctissimum, omnisq; uirtutis genere præditum animo sum-  
me beneuolo, aptelector. Aggrediar igitur, quæ meus hic  
dulcis tyrannus interpretari coegerit: & partim plantarum  
nomina, quibus latina lingua non caret, diligenter  
pro uiribus queram: partim noua, rebus nouis nomina  
imponam. Vbi id non inepte pro meo modulo facere pos-  
sim, & ex fonte deducendo græcorum, quod ad licet la-  
tinorum succurrat in opere. Nonnusquam etiam græcis  
utur, aut quia usitata latinis hominibus sint, aut quia  
proferrri aliter nequeant. Denique singula textus græcae  
oratiois adeo psequemur, ut ne minum quidem preter-  
mittere videamur, quod ad scilicet sine absonta, & bar-  
bara illa Gulielmi interpretis locutione, queque græca  
latine aliquo pacto exprimi possint. Hanc enim cum in  
his omnibus Theophrasti libris probemus, tu maxime  
in his sex, quo de generatione, siue de causis plantarum  
addidit per commodam ducimus. Quippe cum rerum  
rationes naturalium dilucide potius traduci, quam cle-  
ganter desyderent. Sepe namque rationes rerum, elegans  
latina peruerit traductio. Præsertim eas, quas pipate-  
tiorum ille æquabilis eruditus: seuerus: minusque beni-  
gnus sermo exponit. Sed forsitan non solum hec predi-  
xisse, uerum etiam Deum aliquem inuocasse par est. Nā  
si in secundis quibusdam radiculis deos precari necessaria-  
rum creditur: cur non in interpretatis omnibus plan-  
tarum generibus, hoc idem facere longe magis conueniat.  
Igitur diuuum implorandum auxilium est. Sed quem  
potissimum

## IN LIBROS DE PLANTIS

potissimum Deum uocemus, an non Syluanum, nō Pa-  
na, non Cærerem, non Dryades, nō Faunos, non eius=modi aliquē: sed quem uera religio Deum, aut iam ha=bet, aut pōst nescio quot annos habebit. Ita Hercle, ac decebat ipsum sanctissimum patrē inuocamus, quē uniuersa iam Europa, ob eius integerrimā uitam, innume=rāq; erga omnes beneficia, diuīum appellat: deūmque proculdubio pōst appellabit, cum immortalium petet collegium. Ergo tu diue Nicolaë, nanq; Deus iam mihi es, ad sis obsecro, & fructum nonnullum noster hic la=bor pariat hominibus, facias.

FINIS.



# CAPITALIBRI PRIMI DE HISTORIA PLANTARVM.

Per quas partes historia plantarum haberi potest.

## Caput.

- |  |       |
|--|-------|
| Quid radix, caulis, caudex, ramus, surculus.   | C. 2  |
| Quid matrix, quid fructus, quid humor.   | C. 3  |
| Quid lignum, quid caro, quid cortex, quid matrix,<br>ex quibus cortex.   | C. 4  |
| Quid arbor, quid frutex, quid herba. De malua, beta,<br>amerina, nuce auellana.  | C. 5  |
| Arborum aliae urbanæ, aliae sylvestres, aliae fructife-<br>ræ, aliae steriles, aliae floriferæ, aliae flore caren-<br>tes. De agro elephantio. | C. 6  |
| Formarū differentiæ, quod aliae terrestres, aliae aqua-<br>tiles, aliae in paludibus, aliae in lacubus, aliae in flu-<br>uijs, aliae in mari.  | C. 7  |
| Differentia plantarum à figura, à caudice, à cortice,<br>& ligno etiam.  | C. 8  |
| Differentia medullarum, discrimin radicum, differē-<br>tia radicum in summa.   | C. 9  |
| Radix gladioli, & ari, radix scyllarum, ceparum, et<br>bulborum.   | C. 10 |
| De croco, perdicio, uingo, la serpicio, maguderi, &<br>platano in Lycio.   | C. 11 |
| Qualitas radicis Iridis, & ficius indicæ, & lupini<br>uis.   | C. 12 |
| Quæ arbores enodes, quæ nodosæ, qualitas nodo-<br>rum,   | aa    |

rum, cæci nodi, cradæ, gongri.	C.	13
Quæ longæ, & ramosæ arbores.	C.	14
Quæ semper uireant, & quibus folia decidant, ut platanus in creta, & querqus Sybari.	C.	15
De foliorum differentia, & figura: de lauru Alexandrina.	C.	16
Ex quibus constent folia, & pediculi qualitas, et distinctio fructuum.	C.	17
Semina arborum, & quæ semina congesta, & quæ discreta. De siliqua, hoc est fici ægyptia.	C.	18
De succorū, odorūq; differentia.	C.	19
De odoribus florum, & foliorum, & radicū. Quotque genera humor arborū habeat, de que folijs, et fructu Tiliae.	C.	20
Florum genera, & differentiae.	C.	21
Qualis florescens uitis, olea, rosa, malii medicæ, et punicæ flos.	C.	22
Quomodo distant in fructificando arbores.	C.	23
Replicantur differentie plantarum.	C.	24

## CAPIT A LIBRI II.

De modo generationis, sationisque in arboribus.

C.	1	
Quomodo suffrutices herbae, iterumque arbores nascantur.	C.	2
Quamobrem degenerent interim sata, & que non degenerent, sed meliorescant quoque, & hoc in arboribus		

<i>arboribus.</i>	C.	3
<i>Ostenta in arboribus.</i>	C.	4
<i>Quæ herbæ degenerent, meliorescantue. Si symbrium in mentam: triticum in lolium: legumina coctibili- lia, &amp; incoctibiliā, &amp; quo pacto crassescant.</i>	C.	5
<i>In animalium genere mutationes.</i>	C.	6
<i>De satu, &amp; scrobibus, &amp; radice, &amp; positu arborū, &amp; satione ficus.</i>	C.	7
<i>Satus ex cultura palmarum: genera palmarum. Satio cæterarum arborum, cultus, &amp; opera. De fimo &amp; fimorum generibus. De puluere. Amygdalam ex amara dulcem fieri.</i>	C.	8
<i>Quæ fructus amittant ante quam percoquant. De caprificatione. De conditione flatuum. De aliis cibus ficarijs. De remedio ad culices,</i>	C.	9

### CAPIT A LIBRI III.

<i>De genitu sylvestrium arborū.</i>	C.	1
<i>De salice quæ frugiperdis dicitur, deq; platano, quæ in tripode cœnisse narratur. Item aërem rerum omnium serina habere, amniāmque in undatio- nem semen afferre.</i>	C.	2
<i>Differentiæ inter urbanas arbores, et sylvestres: fru- ctificatio arborum. Quid cultus, incultusque fa- ciant. De cedro, &amp; terebintho.</i>	C.	3
<i>Quæ arbores non nisi montibus nascantur, quæque aa ij perpetuo.</i>		

- perpetuo uireant. C. 4  
Differentiae, que de locis proueniant. Tum de persica, & palma. C. 5  
De Sylvestrium arborum floribus. De germinatione.  
De florū, fructuumq; prouētu. De galla. c. 6  
Germinationes in arcturo. Quid mentum, & iulus  
auellanae. Qui auctus faciles, & difficiles. De ra-  
dicibus sylvestrium. C. 7  
Quid quibus caudice preciso contingat crateres ex  
eo, quod abietis circumagnationem uocant. De  
multiplicitate fructuum eiusdem arboris. De ul-  
mo, & galla dupli. C. 8  
Fungi ē robore, Viscum, Humor melleus, Mas &  
fœmina in arboribus. De fago. De roboris ge-  
neribus. Differentiae in glandibus. De cerro. De  
gallis. C. 9  
Alia glandiferarum distinctio. Que arbor improba  
ad carbonem faciendum. De pinorum generibus.  
De picea, abiete, taxo, ostra, tilia, deque flore, et  
fructu tiliæ. C. 10  
Aceris, & fraxini genera. C. 11  
Quod cornus masada & fœmina. De cedro. Quotq;  
mespilorum, & sorborū genera. C. 12  
De ceraso, flamma Iouis, Sambuci, & Salicæ, et eius  
generibus. C. 13  
Vlmi genera quot sint. De populo, Alno, betula, co-  
lyea. C. 14  
De nuce auellana, terebintho, buxo, crataego. c. 15  
llicem

Ilicem præter glandem, granum quoddam ferre puni-  
ceum, necnon uiscum habere, & hyphear, atq;  
ideo quaternos habere fructus. De Smilace. Phel-  
lodry. Item Phellodrys, atque ilicis fructum uo-  
cari acylum. Roboris uero glande. Deinde arbu-  
to, potulaca, pruno, ac subere. C. 16

De colutea, colyteaque, & lauru alexandrina, ficō-  
que, et uiti. De que ea uiti, quā uocant phalacras.  
Quotque rannorum genera. Item de æquo, &  
paliuro. C. 17

Rubi genera quot. Ac de cani rubo, fluidarūmque ge-  
neribus, et medicamento offeo, quod fluida dici-  
tur. Item de Edera, Smilace. De que arbore appel-  
lata Euonymo. C. 18

### CAPIT A LIBRI III.

Quibus locis quæq; arbores gaudeant C. 1

De moro ægyptia, & fico cypria, & persica, glande-  
q; & caciofera. C. 2

De spina. Quotq; eius genera. Itē de pruno, & arbo-  
ris magnitudine circa Memphis. C. 3

De celti, & Paliuro, & palmis Africæ sitientis, &  
Mero monte, ubi liberum patrem natum fabula-  
tur; deq; malo medica, & persica. C. 4

De fico indica, alijsq; muliis indiæ arboribus. Quot-  
que hebem sint genera. De Terebintha indica.  
De que lanigeris arboribus, necnon seminibus, et  
aa iij herbis

herbis Indiæ. De oriza. De spina cädida, quæ herba  
culacea dicta est. C. 5

Arbores odoratae ubi nascantur, & quæ sint. Quid  
ferat septemtrio. Item quid quoque loco proueni-  
at. Quid in Creta. Rhodo. Lycia. Ponto. Propona-  
tide. Quid Thmolus. Olympus. Ida: quidque mul-  
ti alij mótes ferant. Quæ in toto orbe loca ad na-  
ualem materiam. C. 6

De Platano, & Algarum generibus, ac bryo. Item  
de marinis, quercu, & abiete, & uite, & fici, &  
palma. C. 7

Apud mare rubrum in Arabia nullam arborem pro-  
uenire, præter spinam sitientem: idemque quæ ma-  
re beluis plenum, plurimæque habere caniculas.  
De plantis, & arbusculis miræ naturæ: de que ma-  
gnis arboribus in insulis quas æstus operit. Item  
circa persidem magnas esse arbores. C. 8

De arboribus, quæ in Tylo insula quarum nonnullæ  
lanigeræ sunt. De plantis, quæ in amnibus, palu-  
dibus, stagnisque proueniunt: deq; papyro. Sa-  
ri. Mnasio. C. 9

De faba, loto, & corsio loti radice, & malinathalla.  
C. 10

Fluuiorum singuli quid priuatim ferant. De Tribu-  
lo, ac plantis lacus orchomenij, quæ sunt salix,  
oleaginus, Sida, harundo tibialis, gladiolus phœn-  
icum, tipha, mentiflora, icma, ipnum.

Caput.

II

De

De arundinibus, quarum genera duo: dēque sagitta=  
ria, quæ appellatur à quibusdā cretica. C. 12

De Iunco, & insulis fluitantibus in lacu orchomenio.

Caput. 13

Vitam plantarum aquatilium, quam terrestrium bre  
uiorem, sicut & in animalium genere. In quibus=dam tum urbanis, tum sylvestribus uite longitu= dinem uel famæ à fabularum authoribus traditie testimonio patere, ut oleæ Athenis. In Delo pal=mae:oleastri in olympia. Phagorum in Troia su=per tumulum Ili. Platani in delphis, atque alterius in caphryis Arcadiæ, quas seuisse dicunt Aga=mannonem. Q[uod]uestio pulcherrima, an arboreæ ad=dem maneat, cū caudex paulatim præciditur, mu=taturque uniuersus.

Caput. 14

De uita oleæ, ac uitium:quóque modo colendæ uites.

C. 15

De morbis arborum. Quique communes, & qui pri= uati sint. Quid syderatio, uerminatio, radicatio,  
clauus, fungus, olla, scabies, cochlearia: cradatio ce=rasta: quid in uite hirulatio: quid Roratio.

C. 16

De Arachinio morbo oleæ: dēque tabe, uredine, quæq; morbis præcipue infestentur. C. 17

Quæ arbores, quibus detractis partibus, aut ægre\*  
scant, aut interimantur. C. 18

De cæcuminatione, dēque salice, platano, populo, quæ  
resurrexerunt. C. 19

aa iiiij Que

Quæ mors communis omnibus: oleumque necare omnia . Item de cytiso, et edera, atque aurone pernitiosis . Quodque brassica temulentiam propulsat.

C.

20

C A P I T A L I B R I . V.

De cedenda materie tum rotunda, tū quadrata; quādōque cædendum robur.

C.

1

Differētia, quæ inter abietē, atque pinū. Tū que quadripartitæ, bipartitæq; ac simplices dicantur.

Que fabri lignarij brevia appellent.

C.

2

Que neque ad fabrile, neque ad ignarium cōmoda.

Queq; fabrili usū materia, quibūsque in terris præstantissima sit. Tum quid orbes in ligno. Deq; stimulo in lapide, & oleastro, in quo præscisso inuentæ dicuntur ocreæ.

C.

3

De arborum qualitatibus, & quæ spississima ac durissima, molliissimāue: quæque calidissima, frigidissimāue, necnon quæ lenta, & rigida sint materie.

Caput

4

Thuium, quod & Thuia dicitur, nasci apud fanum Ammonis. Ex quibus item simulachra deorū fieri solita. Que ponderosa simul ac dura, quæq; discordent. De nuce euboica: ijsq; quæ perpetua sunt natura, tum quæ cariem, ac tineam sentiunt, aut non sentiunt: déque teredine, tinea, & uermibus, qui in materie nascuntur.

C. 5

In

In Tylo insula Arabie materiem esse ex qua fabricatae naues incorruptae penè in mari perdurēt, tum de materijs conditidis, inueterandisque, & que materie faciles in opere, & que difficiles: & cur aerdones ex piro sylvestri tabulas faciant, ac quomodo circa intorti permaneant.

C. 6

In omni ligno suam inesse medullam, ac lignorum alia esse fissilia, alia dolatilia, alia rotunda, queque ponderi cedant, que non.

C. 7

Quæ facile, difficileque secetur terebrenturq;. Quæq; torno, sculpturæq; conueniant quæ humidissimæ, quæ naubus aptissimæ sint, quæ tectis, & plerisque alijs commodissimæ, ut abies, pinus, cedrus, picea, robur, tilia, aér, carpinus, taxus, ilex, fassima, ulmus, buxus, potulaca, iuglans, terebinthus, phylice, aphraca, celastrus, laurus, salix.

C. 8

Quæ quibus instrumentis conueniant. Cedrosque in Syria præstantissimas, ac tredecim passuum longitudinem fuisse earum, que ad undeciremen Demetrij regis cesæ. In corsica arbores amplissimas, magnóq; discrimine cæteras excedentes. Romanos in corsicanam profectos condendi oppidi gratia, & destitisse ob uastarū arborū multitudinē, ex ijsq; ratē edificasse quinquaginta uelis ducendam. Item de latino agro, & monte cicæo.

C. 9

Quæ ad usum ignarium, adq; carbones conficiendos commode, queque sumosæ sint, & quarum fumus aerbissimus. Item quo modo fumo immunes euadat,

aa V flum

flammāmque molliissimam faciant. De atra gena, & cur statua ē cedro sudēt. Materiem item oleagineā, uel sēpe laboratam germinare. C. 10

## CAPITA LIBRI VI.

De suffruticibus, herbisq; ac frugibus. Tum quæ maximam omnium generum differentia, dēque aculeatis herbis, & quod tribuli proprium. Item quibus desit aculeus. Caput I

Ederæ, & casiae duo esse genera, De origano, thymo, sphæclo, salvia, marrubio, pollicaria, ferula, ferulae gine, mandragora, cicuta, elleborio, albuco, fœniculo, muricida. C. 2

De la serpitio, magydari, quidq; differat inter se. Item de nepa. Corruda, siue a spargo, & quæ acanacea sint. De herba lanaria, sonco, cneco, acarna, spina cādida, æraria, aculeosa, fuso agresti, buxo asinino, car duo, picea, uermilagine. C. 3

De cneco sylvestri, eiusq; generibus, ac de acorna iterum, & fuso agresti, carduo que, & carduo pinea. De cacto etiam, quæ tantum in Sicilia nasatur. Tum eorum, quæ spinosis folijs constant iuxta aculeū, quædam folium gerere. C. 4

De phleo. Inturi id est appari. De tribulo, eiusq; duobus generibus. Dēq; ononi herba aculeigera. C. 5

De suffruticibus urbanis, & coronarijs, de uiola nigra, & rosis, & earū differentijs. Dēque lilio. Nar-  
ciso, croco. C. 6

De œnantha. Abrotano, Sampuco, Serpylio, Sisym-  
brio

brio. Tu qui flores uerni, qui aestui, qui autunales,  
et de uiolare, ac rosea uita: tum de myrto aegyptia miri  
odoris.

C. 7

## CAPITA LIBRI VII.

De herbaeis, et oleribus, tresque esse sementes hor-  
tensium, et quid quoque tempore seratur, nec non  
quae sero, quae uelociter ex oleribus emicent. C. 1  
Quae olera est quibus nascantur. Nasci uero est semine,  
auulsiōe, ramo, atq; radice. Quae caule reciso reger-  
minent. Quaeq; radices perdurent, et quae regermi-  
ment, quae non. C. 2

Quibus lignose, et quibus carnose, et quibus brea-  
ues radices. Deq; diuersis seminum figuris, et eorum  
differentijs. Item quae feraciora semina. C. 3  
Quae olera plura genera habeant, quae pauciora, ut ra-  
dix id est raphanus, rapa, Brassica, Beta, Cucumis,  
cucurbita, cuminum, lactuca, apium, cepa, ascalo-  
nia, gethyum, allium. C. 4

Quae qua cura, culturāque gaudeant. Quae aquae ole-  
ribus pro sint, et quae ob sint. Translatione olera me-  
liorescere. Quae bestiolae oleribus innascantur.

C. 5

Quae firmiora semina, quae imbecilliora. Item de arue-  
sibus, sylvestribusque, ut rumice, brassica, rapa, laa-  
ctuca, equapio, paludapio, montapio, cucumere.

C. 6

De aruensium differentijs, quodque ea uocentur ole-

rae

ra, que nobis usui sint cibario, ut sunt intubū, apha-  
ca, andryala, porcellia, senecio, & intubacea omnia.  
Item pes gallinaeū, enthusicum, mentastrum, hirai-  
barbula, corchorus. C. 7

Germinatio quibus temporibus in oleribus aruenibus  
fieri soleat, deq; florum differentia, & quæ differē-  
tiae in caulis publicæ. C. 8

Differētia herbarum in positiu, locoque foliorum, nec  
non fertilitate, sterilitateq;. Tum quæ differētia folio-  
rum maxima, quidq; inter herbarum, arborumq; flo-  
res intersit: atque de sylvestriū herbarum, olerūue  
radicibus, & quid distent inter se. C. 9

Differre herbas temporibus germinatus, et floris hi-  
storia singulorum olerū. Spicosa esse oculum canis,  
caudam vulpis, linguam agni, quæ & plantago, &  
coturnix à quibusdam dicta est bibinella. C. 10

Cichoracea omnia annuo folio constare. Item de caule  
cichoreæ, id est itibi, de Porcellia. Aphaca. Amaragi-  
ne. Hinc repetitio differentiarum radicum. De astre-  
la regia. Epimenidea Scylla. Aro. Dracuntulo. Ense.  
Theſeo. C. 11

Discrimen herbarum per folia. Per caules. Scylla ante  
portas satam contrà ueneficia esse. Deq; narciffo, et  
scylla. Peculiare de amygdala C. 12

Bulborum genera, & differentiae. Genus quoddā bul-  
borum lanigerum esse, unde togæ, & alia uestimenta  
texantur. Quod peculiare datum Sisyrinchio. Ad-  
ianti id est capilli ueneris folium in aqua nunquam  
madescere,

madasare, eiusq; duo esse genera, atque ambo ad  
desfluum capillorum utilia oleo trita. Fidiculam ad  
urine distillationes utile. Quid Anthemio peculiare.

C. 13

De lappa, solari, carduo, harūdinaria, semper uiuo,  
loto, melfrugo, uescicaria, quodque eius tria sint ge-  
nera.

C. 14

## CAPITA LIBRI VIII.

D: frumento, & frumentacis, esseq; frumenti tria ge-  
nera. Sementis uero duo tempora. Que mature sere-  
re, que sero oporteat. De tertio serendi tempore.

Quoto quaque die a satu erumpant. Caput. I  
Quemadmodum nascantur in frugibus folia, germi-  
naque, & radices. Quomodo ordeum, & triticum,  
& pismum, & faba, & aar exent. Quoque radices  
leguminina omnia habeant. De frumentagine, & or-  
deagine, atque frumenti ortu, legumini: umque.

C. 2

Quot diebus frumenta: quot item legumina maturen-  
tur, terram a terra, & cœlum a cœlo ad fructuum  
différre perfectionem. Quibus folijs frumenta, qui-  
bus leguminina constent. De siliqua, legumine, florūq;  
differentia. Que spicam, que iubam, que siliquam  
gerant.

C. 3

De frumentaceorum inter se differentia, & generi-  
bus ordei, ac tritici, & eorum differenceis. Quātūq;  
nascatur

nascatur in Asia frumentum.

C.

4

Duo uniuersi frumenti esse arandi tempora. Dēq; dæ-  
ris differentijs, siliquarū q; in figura. C. 5

De leguminum, & frumentorū satu. Tū de stercora-  
tione. Quæ cuīq; agro conueniant semina. Quando  
imbræ prosint: quando noceat frugibus. Quod so-  
lum quid præstare possit. C. 6

De lolio, auena, & ui ciceris. Quod leguminibus soli  
conueniat, sesamam uiridem nullum animal mande-  
re, nec etiam lupinum. Item remedium, ne luxurient  
fruges. Quid Thessali, quid Babylonij in tondendis  
segetibus faciant. C. 7

Quid ad incrementum frugum plurimum iuuet. Inde  
prouerbium annum fructificare, non tellurem. Fru-  
mentis, & reliquis herbis præterquam filici utilem  
esse stercoreationem. Quid enecet medicam. Semina  
item peregrina in uernacula transfire, atque tum cul-  
tura, tum natura terre meliora, deterioraue fieri.

Quod genus aptum sit transfire in aliud, atque nasa  
inter alia gaudeat. C. 8

De coctibili legumine, & incoctibili. Triticum bonam  
terrā exposcere: ordēn uel in graciliore solo pro-  
ficere. Cur stercoreari terram à faba putetur. Item de  
semine, quam speltam nunc dicimus, necnon de bro-  
mo, siliagine, stipha, auena, lolio, sesama. C. 9

De uitjjs frugum, & bestiolis nocentibus. Tum quæ  
fruges plurimum, & quæ minimum durent. Item à  
rure rus, & coelum à cœlo differre. C. 10

Anniculum

Anniculum semen optimum ad fementem, & que lupi-  
no, & avena.

C.

II

CAPITA LIBRI IX.

De humore, & sapore plantarum: & que gumma, &  
lachryma: quodque lachrymis, & thus, & myrrha,  
& balsamum, & mastica annumerantur. Tum de  
cardui pineæ, equapij, la serpentij, uitis lachryma. C. 1  
De cœsura ad resinam, quoque modo resina fiat. Item  
de pice. C. 2

Quemadmodum pix uratur, fiantq; carbones. Item de  
thure, myrrha. C. 3

Vbi thus, myrrha, casia, cinamomum gignantur. Item  
arborē thuris omnē penitus aspernari cultū. c. 4  
De cinamomo, & casia: tum quid de cinamomo col-  
ligendo fabulentur. C. 5

De balsamo, quodque non nisi iuitatum ad nos perfe-  
ratur. C. 6

De calamo odorato, & iunco, & chalbano, comaco,  
cardamomo, amomo: quodque hec ferē sint, quibus  
utimur ad unguenta, casia, cinamomum, cardamo-  
num, nardus, nerū, balsamum, aspalathus, styrax,  
cōscratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrra,  
gladiolus, juncus, calamus, sanscum, lotus,  
anethum. Item de Iride illyrica. C. 7

De succis, & quando: & quo modo fiat sucatio, &  
radicidium, necnon lactisucatio, & liquatio.

C. 8

C. 8

Quid herbarij præcipiant secundis , colligendisque  
herbis . Tum secando præcandum deos , quidque in  
præcatione absurdum , atque in sectione adiectitū:  
ut de cauēda aquila , quod periculum secantibus im-  
mineat . C. 9

De medicinis ellebori , panacis , tuberis terræ , cucume-  
ris sylvestris , trisaginis , caricæ siue piri , & aliorū  
quorundam . C. 10

Elleborum nigrum , & candidum esse : déque eius ut  
& natura . C. 11

Panacis plura esse genera , uesicariarum uero duo .

Déque lactariarum , & roris marini generibus , &  
medicinis eorum . C. 12

Vernilaginum , & papaveris genera . Tum radicum  
differentias unde liceat accipere . De nymphæa , sey-  
thica , & malo terræ . Quóque Pandius statuarius mē  
te alienatus sit . Item de Thraciæ radicibus .

C. 13

De quinquefolia , siue quinquepeta , neenon de rubia , fi-  
dicula , quæq; & quot annos seruentur illesæ . Ela-  
terium medicamentorum omnium durissimum . Quo  
modo radiees deteriores fiant . C. 14

Quæ loca medicamentis fertilia sint , ut Etruria , &  
latinus ager , ubi circe . Item carmina Homeri , qui-  
bus ostendit Aegyptum uenenorum feracem . Quæ  
loca græcie medicis scatere herbis maxime omniū  
conuent . Quando lac sorbere utile , Tum de moly .

Cicuta ,

Cicuta hircifspina, pastinaca.

C.

15

Dictamum crete proprium, uique mirabile, & ad plura utile: omnia etiam, quæ se minus à terra attollunt, præstantiora esse, quæ creta ferat. Vbi optimū aconitum, & quo modo conficiatur ad nocendum, nullumque contra compertum remedium. C. 16

Thrasym Mantinensem quoddam comperisse uenenum, quo sine dolore inferre obitum posset, quodq; Alexias eius discipulus fuerit non indoctior. Itē quo modo Cij cicutam præparent, ut celeriter eneat.

C.

17

Consuetudine uenenorum uires fieri debiliores, & incertes, atque ita quibusdam non nocere potuisse celeborum. Quo remedio usus fuerit Eudemus post uiginti duas potiones elleboris, déque mira ui punicis: ac quantum ualeat consuetudo, quod & absynthiū depastum ostendit. C. 18


De spina, que aquam congelet iniecta, déque hibisco, & Thelypho, & ui eius. Item de testiculo, & quibus herbis magis coire quis ualeat, quibus nil penitus. Necnon quæ ad marem procreandum, Quæ ad fœminam ualere tradantur, atque ideo alteram mariscam, fœminificā alteram appellatā. Quo item semen prolificū, quo in fœcundum reddatur. Tum de herbis uolucro, & mula. C. 19


De filice, & fæmina, & quid distet à mascula. De herba ab Indo quodam allata, qua qui usi fuerint, se ptuagesies coire ualerent. Tum quæ aquæ sterilitas

1018,

- tem, quæ fœcunditatem afferant, insaniāmue. Dēg;  
mira natura uini regionum quarundā. C. 20
- De herbis, quæ ad animum, & mores faciant, ut ues-  
sicaria, cenohera, polio, antirrizo, flore Aureliae,  
quodque homines hec commentū fuerint suas artes  
magnificare, & celebrare cupiētes C. 21
- De pipere, & eius generibus, & grano gnidio, pasti  
naca, uite sylvestri, dracunculo, thapsia, fidicula,  
ebeno, malo terræ, scammonia, filice. Tum quæ qui-  
bus locis præstantiora medicamenta. C. 22

FINIS.





THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM LIBER  
PRIMVS THEODORO GAZA  
INTERPRETE.

¶ Per quas partes historia plantarum haberi  
possit. Caput Primum.



LANTARVM differuntias, reliquāmque natu-  
ram ex partibus, affectionib-, generationib-, uitāq-  
petere oportet: mores enī,  
et actiones quemadmodū  
animalū genus, minime plā-  
te sortiuntur. Sunt autem,  
quæ per generationē, affectionē, uitamq; sumi debeant  
patentiora cognituq; faciliora. Quæ uero per partes  
noscātur necesse est, uarietates utiq; plures habere ui-  
demus. Hoc enim ipsum primo non satis constat, quæ  
partes, quæq; non partes debeant appellari. Sed non-  
nullā controuersiam reāpit, partes enī quoniam sue  
naturae ratione consistant, perpetuō durare uidētur:  
aut simplici, absolutāq; ratione, aut postquam conſ-  
tē fuere, ut scilicet animalium partes, quæ postea co-  
crescunt, nisi quid morbo, aut senecta, aut laſione pe-  
datur: at in plantis nonnulla ita se habent, ut annua-  
duntaxat potiantur natura, ut flos, muscus, folium,  
fructus: deniq; omnia quæ ante fructus, aut unā cum  
fructibus

## 2 THEOPH R. DE HISTORIA

fructibus proueniant: quin etiā germen ipsum, quippe cum arbores annuatim incrementum tam partibus supernis, quam circa radices semper capessant. Quāobrem si quis partes hæc esse afferat, cū partitæ multitudinē incertā, tū partem nūquā eandē esse sequetur. Sin autē partes esse negauerit, continget protinus, ut ea ptes minime sint, quibus plantæ perfectæ reddūtur, talesq; esse spectantur. Quippe omnes cum germinat, virēt, fructū gerūt, pulchriores, atq; perfectiores & sunt, & esse uidetur. Hæ ferè sunt in his abiguitates. Sed forsitan nō omnia neq; in cæteris, neq; in ijs, quæ ad generationem pertinēt, pari ratione querere decet. Eaque ipsa singulis annis oriūda, minime in partium genere collocāda sunt, ut fructus. Nec enī fœtus partes animatiū esse possunt. Sin autē clemētia tēporis plātæ aspectu pulcherrime reddātur at pulchritudo nullo ipsa indicio est. Nā & animalia dū uterū gerūt, pleniora, pulchrioraq; reddūtur: ploraque etiā partes, quotānis amittūt, ut cerui cornua, aues nidificātes pēnas, quadrupedes pilos. Quapropter haud temere facilitatū dixerim, præsertī cū is affectus persimilis sit foliorū iacturæ. Pari modo de ijs, quæ ad generationē attinent, differendū est. Quippe cum etiā in animantiū genere, quædā simul nascātur, quædā tāq; naturæ aliena seernātur. Germinatio quoque nō secus esse uidetur, & enī generatio ipsa generationis perfectæ gratia est: ad summā (quēadmodū diximus) nō oīa similiter, atq; in animatiibus acāpi debet.

Quāobrem

Quāobrem numerus quoque īcertus est. Nā uis undiq;  
germinandi habetur, quoniā ē undiq; animatū est.  
Hec ita opinari nō tantū rei prēsentis, uerū ē futu  
rē gratia cōuenit. Etenī quae assimilari nequeāt, assi  
milare cōtendere, superuacuū ērte, ac recusādū, ne  
uel propriā ipsam rei speulationē amittamus. Plātarū  
uero historia, (ut simpliciter dixerī) aut p partes ex  
ternas, totāq; formā, aut per internas haberi potest:  
ut etiā in animaliū genere ptes abditæ ē dissectioni  
bus patēt. Sed expere in his ip̄sis oportet, quae in omnī  
bus insunt eadē, quæq; propria cuiusq; generis sint:  
atq; etiā, quae in his habētur similia, propriū inquā  
foliū, radicē, corticem. Nec illud latere nos deat quid  
proportionē intelligi debeat, ut in animalium genere  
ad ea scilicet redigendo, quae quāsimillima, pfectissi  
maq; continentur. Ad summā, omnia quae in plātarū  
genere spectātur, similitudo petēda ex ijs est, quae in  
animalibus insūt, quo ad fieri possit. Igitur hēc ita de  
terminare libeat. Partiū uero differētiæ, (ut formula  
rē cōpleteā, ) tribus ferē in rebus cōsistūt, aut enim  
in eo, quod quædā non habent, ut folia, ē fructus:  
aut quod non similia, neque paria habent: aut tertio,  
quod nō similiter habēt. Horū dissimilitudo figura, co  
lore, spissitate, raritate, aspitate, levitate, reliquisq; af  
fectionibus enotescit. Ad hēc omnibus differētijs sa  
porū, disparitas aut in excessu, atq; defectu est multo  
tudinis magnitudinis: quāq; (ut pingui Minerua di  
catur) et illa omnia excessu, defectuq; distinguuntur.

Nam plus, minusq; non nisi excessus, defectusq; sunt. Non similiter uero positu constat, exēpli gratia, quid fructus quēdā sub folijs, quēdā super folia gerunt: ipsarūq; arborum, aliæ cacumine ferunt, aliæ latere, nō nullæ etiā caudice, ut morus egyptia, & quæ fructū pariūt sub terrā, ut archidna, & quod uingū Aegyptij uocant: item si quēdam pediculum habeant, quædam careant. Hoc idem uel de floribus diā decet, quippe cum alij arca fructum ipsum nascātur, alij secus: ad summā, positionis ratio in his, & folijs, & germi nibus acapi debet. Ordine præterea nōnulla differre uidentur: quibusdam enim rāmi inconditi, ut robori: quibusdam ordinati, ut abieti, utrinque nōno ordine inuicem respondent: quibusdam etiā rāni prægran- des ordinati, parēsq; numero, ut trinodibus: quas ob causas differentias rebus his capi oportet, quibus uel tota forma in singulis perspiā potest.

**Q**uid radix, caulis, caudex, ramus, suralus.

Caput II.



E partibus autem ipsis sigillatim iam referre conandum, si prius eis nume-  
ro persecuti fuerimus. Partes primæ  
maximæ, cōmunesq; plurimorum, ra-  
dix, caulis, ramus, suralus. Quibus  
uelutū partibus quispiam diuidere potest, quæ admodū  
in animalium genere: est enim quodq; eorum dissimili-  
le, atq; his omnibus tota confiantur, necesse est. Ra-  
dix est id, quo alimentum attrahitur. Caulis in quod  
alimentum

alimentum defertur: caule enim appello, quod supra terram simplex assurgit. Id enim commune pariter annis, atq; perpetuis est, quod in arborum genere caudicem uocitare solemus. Rami, qui à caule fissi multiplices sparguntur, quos nonnulli nodos appellant. Surculus, quod ex his individuum, simplexq; oritur, quale præcipue germen annotinum appareat: sed hec potius arborum generi cōueniunt: caulis uero (ut dictum est) cōmunior quidē habetur: sed nec ipsum quidē omnia habere uidentur, ut ex herbaceis quedā habet, sed non perpetuum, sed annum tantum, & que diuturnis radiis uiuunt. In totū plāta res uaria est, atq; multiplex, inq; uniuersum de ea referre diffiale. Indicū uero, quod nihil penitus est, quod commune accipi possit cunctis plantis cōueniens, ut animalibus, os, ueter, & alia proportione eadem, alia quodam alio modo. Neq; enim radicē, neq; ramū, neq; germē, neq; foliū, neq; florē, neq; fructū plantæ omnes habere uidetur. Cortex rursus, aut medulla, aut neruus, aut uena numerū omnibus inest: ut in fungorū, ac tuberū genere patet. Quibus rebus, hisq; simulibus natura utiq; plāta rū cōsistit. Sed hec (ut iam dictū est) arborū præcipue sunt, hisq; cōuenientius hec accommodetur partitio, ad quas uel reliqua redigi par est: cæteras præterea omnes formas hæc propè exprimūt, atque declarant. Distant enim eoru multitudine, pauitate, spissitate, raritate, etiā eo, quod simplicia prodeunt, uel in plura scinduntur, reliquisque simulibus: partium autē quas

retulimus nulla ex particulis similibus constat. Simili-  
bus inquā particulis, quod ex eisdē pars quælibet ra-  
diis, aut caudicis constat. Sed quod acerperis, caudex  
nullo pacto uocetur, sed pars caudicis. Quemadmodū  
etīa in animaliū mēbris, nā pars quæque tibiæ, aut ca-  
biti ex eisdem cōstat, uerū non ijs, quæ eodem uocabu-  
lo cognominentur, ut caro, ut os, sed nomine illa ca-  
rēt, ut etīa quodq; uniformiū instrumentorū. Eiusmo-  
di enim omniū particulae nomine carent, quāq; multi-  
formiū particulae nomine suo nosantur, ut pedis, ma-  
nus, capitis, digitus, nasus, oculus. Hæ ferē partes plan-  
tarum maxime habentur.

**C**Quid matrix, quid fructus, quid humor. Cap. III.



Ed sunt etīa aliæ, quibus cōstant, cor-  
tex, lignum, & matrix, ubi sciliæt es-  
se potest. Quæ quidem omnes parti-  
culis cōstant similibus, quæq; priores  
hiæ habentur, quibusq; istæ cōsumā-  
tur, ut humor, neruus, uena, caro. Hæc enim principia  
sunt, nisi vires elementorum dixeris: sed illæ tamē cō-  
munes rerū omniū habentur. Essentia itaq; naturaq;  
uniuersa plantarū his in rebus consistit: quædam uero  
quasi annuæ partes accidunt, quæ partui fructuū ac-  
commendantur, ut folium, flos, pediculus, id est quo fo-  
lium dependet. Ad hæc capreolus, muscus, ubi sciliæt  
esse potest, super omnia semen fructus. Est autem fru-  
ctus, quod carne, & semine constat. Sunt præterea  
qui ibusdā

quibusdā propria quædā, ut robori, galla: uiti, capreolum. Arbores persequi hunc in modū possumus: annus is uero quæq; annua gigni constat. Nam ad fructū usque natura eorū tātū se ampliat, quæ suo uno fructū fiscēt āno, quæq; biennio durēt, ut apīū et alia quædā, quæq; plus tēporis obtineat, his omnibus caulis quoque pro ratione cōueniet. Cū enī semē parturiūt, carūlē tū emittunt, utpote, quæ nō nisi causa seminis caule promant: hæc ita discerni placet. Partes autē nouissime dictas, quid quæq; sit, nota reddere subſignationis, conditū iā est. Humor itaq; patet, quē nōnulli simpliciter liquorē in cūctis appellāt: quē admodū etiā Mnestor. Quidā in ceteris absq; nomine capiunt, in quibusdā uero liquorē, inq; alijs lachrymā uocāt. Nervus ac uenae per se nomine carēt: quādā uero similitudine nomina partiū animaliū consortiūt: quin et alijs quoq; differentijs hæc fortasse inter se difſent, atque in totū genus uniuersum plantarum differat: est enī uarium, atq; multiplex, ut proposuimus. Sed quoniam notis ignota perſequamur oporteat, notaque ſint grandiora, patentioraq; ſensi offerrātur, hinc prudubio de his primum prout rexerint, dicendū est. Reliqua enim ad hæc ipsa redigere habebimus, quantum, et ad uſq; quóq; modo ſimilitudinem singula contingere uideantur. Cū uero partes ſumpferimus, differentias protinus earū adiiciēdum: ita enim ſimul et natura cuidens, et tota generum differentia conſpicua fuerit: maximarum itaq; partiū differentia penē

S THEOPHR. DE HISTORIA

dicta est, uidelicet radias, caulis, reliquarū: uires enī a  
iusq; quarūq; rerū gratia, quæq; sint, postea dicemus.  
Illa enim quibus tam hec, quam cetera constent, ex-  
plicare prius oportet, sumpto à primis initio. Sunt au-  
tem prima humor, atq; calor. Omnes enim plantæ hu-  
morem calorēmq; sibi insitum quendā possident, sicut  
etiam animalia, quæ cū defiēre incepere, senecta, di-  
minutioq; consequitur. Cūq; penitus defecere, exic-  
atio, morsq; occupat. In primis igitur illis humor nos-  
mine caret: sed in quibusdā, (ut dictum est) nuncupa-  
tur. Hoc idē uel in animalium genere percipere licet.  
Solus enim humor habentium sanguinem certo nomine  
redditur. Quamobrem ad id priuatiōe ipsa discerni-  
mus. Alia enim sanguinē habere, alia carere fatemur:  
est igitur ea pars, calorq; illi connexus.

**Q**uid lignum, quid caro, quid cortex, quid ma-  
trix, ex quibus cortex. Caput iiiij.



D sunt uero & alia genera ab intera-  
nis diuersa, quæ ipsa quidem per se  
nomine carent, similitudine autem  
ex animalium partibus appellationem  
sibi mutuantur. Habent enim quo-  
dammodo neruum, quod continuum, fissile, prælon-  
guoq; est, sed insoiatile, germinisque infœcundum,  
& uenas habēs. Vene ipse cetera neruo similes, sed  
maiores, crassioresque sunt, & ramulos, humorēq;  
habentes: item lignum, & caro. Alia enim lignū, alia  
eranem habent: lignum fissile est, caro omnibus dimen-  
sionibus

fionibus diuidi potest: quomodo terra, qua<sup>e</sup>q; ex terra  
constent. Vnde fit, ut inter neruum, & uenam, ipsa  
media sit: patet eius natura, cū in ceteris, tum in frua-  
ctuū aucte. Cortex & matrix proprie nūcupātur, sed  
ea quoque reddere definitione debemus. Cortex est  
pars ultima, & à subiecto corpore separabilis. Matrix  
quod in medio ligni tertiu à cortice cōtinetur, uelut  
medulla in ossibus. Id nōnulli cor, alijs medullam appellant.  
Partes tot penē numero habentur, quarū poste-  
riores ex prioribus cōstant. Lignum ex neruo, & his  
more: nōnulla etiā ex carne. Cum enim indurescunt,  
transcunt in lignū, ut palma, ferula, quicquid ligne-  
scat, quēadmodū raphanorū radices: matrix ex carne,  
& humore: cortex quidā ex tribus illis, ut roboris, po-  
puli, piri: quidam ex humore, & neruo, ut uitis. Folia  
uero ex humore, & carne. Rursum ex his maxime, et  
primae illæ, quas enumerauimus, partes componuntur:  
non tamen omnes ex eisdem, neque simili modo, sed  
diuerso. Igitur expositis iā omnibus sere partibus, dif-  
ferentias earum, & arborum, plantarūque omnia-  
rum naturam nunc assignare tentandum est.

**Q**uid arbor, quid frutex, quid herba. De malva,  
beta, amerina, nucæ auellana. Caput V.



Ed cū doctrina euidentius tradi sole-  
at, cum per species diuidimus, recte  
hunc in modū agetur, ubicunq; fieri  
possit: sunt itaq; prima, & maxima,  
& à quibus omnia penē, aut certe  
plurima

plurima continentur, arbor, frutex, suffrutex, herba.  
Arbor est, quod ab radice, caudice simplici, ramosū,  
nodosum, surculosū aut facile dissolubile assurgat,  
ceu olea, ficus, uitis. Frutex, quod ab radice, caudice  
multiplici, ramosumq; se attollit, ut rubus, paliurus.  
Herba, quod ab radice foliatum, sine caudice proue-  
niat, semenq; caule ferat, ut frumenta, & olera. Sed  
diffinitiones ita accipi, probariq; debent, ut notis, ac  
lineamentis quibusdam quasi in uniuersum à nobis  
Subsignentur, & enim discrepare nōnulla suapte na-  
tura fortasse appareant. Quaedam etiā ob culturā  
diuersa effici, atq; à sua natura discedere, ut malua  
in altum se attollens, atq; in arborē transiens. Quip-  
pe ita fit, neq; tempore longo, sed mensibus senis, aut  
septenis, ita, ut longitudine, crassitudineq; instar ha-  
stæ possit grandescere, quapropter communode ad usū  
baculi uenit. Tempore uero longiore exacto pro ra-  
tione, magis quoq; incrementa capessit. Simili modo  
& beta: nam ea quoque ampliorem magnitudinem ex-  
pit, sed longe magis amerina, paliurus, edera, ut pro-  
culdubio arbores efficiātur, quanquam fruticæ sint.  
At myrtus, nisi sèpius purgetur, in fruticem tran-  
sit: quin & nux auellana, quæ quidem & fructum  
meliorē, copiosioreq; feret, si quis plures uirgas re-  
liquerit, scilicet, & quæ sua natura potius fruticosa  
sit, neq; malus, neque punica, neque pirus: deniq; nul-  
la, quæ ab imis plantigera sit, caudice uno esse appa-  
reat, sed cultura cæteris abscessis utique tales reddū-  
tur,

tur: nonnullas etiam caudice diffusas multiplici, caua  
sa exilitatis relinquimus, ut punicam, ut malum. Oleas  
quoque, & ficos multifidas dimittere assolent: quin  
etiam magnitudine, paruitateque omnino diuidenda  
nonnulla quisquam fortasse cœsuerit: quædā etiā robore  
inbecillitatēque, & diurnitate, ac temporis breui-  
tate: quippe cum uirgultorum, olerumq; nonnulla cau-  
dice uno consistant, & arboris quasi naturā adipisci  
spectentur, ut radix, ut ruta. Quāobrem eiū simodi ole-  
ra, nonnulli oleriarbores uocant, & quidem omnia ole-  
rum genera certe, aut plurima cū permāserint, qua-  
si ramos quosdam capessunt, totaq; in arboris figu-  
ram mutantur, diu tamen durare nequeunt.

**C**Arborum aliæ urbanæ, aliæ sylvestres, aliæ  
fructiferæ, aliæ steriles, aliæ floriferæ, aliæ flo-  
re carentes. De agro elephantio. Caput VI.



Vas ob res quemadmodū diximus, nō  
exquisita, arctaq; ratione, sed potius  
nota quadā subsignandi, & formula  
definitiones accipi debent. Nā &  
diuisiones modo simili capienda sunt  
ut urbanarū sylvestriū, fructiferarū, steriliū, florifera-  
rū, flore carentiū, perpetuo uirentiū, folia deperdē-  
tiū. Sylvestres enī, atq; urbanæ, cultura potius esse ui-  
detur: nā omnē plantā, & sylvestrē, & urbanā effici  
posse Hippo autor est, scilicet, culū adeptā, aut nō  
adeptā: steriles itē, & fructiferæ, & floriferæ, & flo-  
ris exortes ob loca, cœlūq; abies, reddūtur eodē modo  
perpetuo

perpetuō uirentes, & folia deperdentes. Etenim circa agrum Elephantum, neque uitibus, neq; ficiis foliis decidere aiunt: uerū tanen eisdē rebus cūcta amplecti conuenit. Est enim quid naturae commune pariter arboribus, frutiābus, suffrutiābus, herbisq;: quorum etiam causas, cum referre placuerit, de omnibus communi docere ratione oportet, omissa penitus singularum determinatione: nam causas quoq; communes omnium esse ratio est. Quin etiā naturalis quedam differentia protinus in sylvestrium, urbanorūq; genere nobis se offert. Siquidem alia uiuere nequeant absq; cultura, & illa, quae coli solent: alia cultum nullum patiuntur, sed deteriora reddantur, ut abies, pinaster, celastrus. Ad summam, que loca frigida, niuosaque adamant: pari modo in fruticum, herbarumq; genere, capparis, lupinum. Urbanum autem, & sylvestre uocare debemus, redigendo tun ad prædicta illa, tum uel maxime ad id, quod omnium urbanissimum esse cōstat: homo autē aut solus, aut maxime omnium urbana species est.

**C**Formarū differētiæ, quod aliæ terrestres, aliæ aquatiles, aliæ in paludibus, aliæ in latibus, aliæ in fluxijs, aliæ in mari.

Caput XII.



Ornis quoq; in ipsis differētiæ totorum, atq; partium patet, & eu magnitudo, paruitas, duritia, mollitia, leuitas, asperitas corticis, foliorum, reliquorūq;: deniq; pulchritudo, & deformitas

mitas quædam, item bonitas, & prauitas fructuum: quippe cum plura sylvestres ferre uideantur, ut pira-  
ster, & oleaster, urbanæ autem meliora: succos quoq;  
ipsos dulciores, suauiores, atq; in totum dixerim, tē-  
peratores præstent. Igitur hæ naturales quædam (ut  
dictum est) differentiæ sunt, ac longe magis sterilium,  
fructiferarum, folia deperdētium, perpetuo uirentiū,  
quæq; alia huiusmodi sint: omnium uero semper, o-  
mnesq; differentiæ pro lois accipi debent, quippe cum  
alter forsitan capi nequeant: tales autem differentiæ  
generalem quandam facere distinctionem posse uiden-  
tur, ut terrestrium, atque aquatilium, sicuti in anima-  
lum genere. Sunt enim plantarum quædam, que non  
nisi in aqua uiuere possunt. Namque aliæ scandunt  
aliud genus humorum disceruuntur, ut aliæ in palu-  
dibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluuijs: quædam etiam  
in ipso mari nascantur, minores in nostro, maiores  
uero in Rubro: nonnullæ præmadide quasi, atque palu-  
stres omnino spectantur, ut salix, platanus: quædā de-  
dere in aquis minime queūt, sed arida loca persequun-  
tur: ex minoribus quædam etiam littora utique desy-  
derant. Cæterum inter eas quoque, si quis arctius in-  
quirere uelit, alias cōmunes, & quasi uitā anapitem  
agentes inueniet, ut myrtum, salicem, alnum: alias uel  
ex ijs, que terrestres proculdubio sunt, mari nonunq;  
uiuētes, ut palmā, scyllā, albucum: sed enim eiusmodi  
omnia, & in totū hoc modo pensitare minus accom-  
modata, contemplatio est: nec enim natura hoc modo,  
neque

neque in eiusmodi rebus necessitatem iniecit: ergo diuisiones, atq; in totum historiam plantarum accepere hunc in modum debemus. Omnia itaque tam hec quam cetera differunt, ut diximus, tum cæterorum forma, tum partium discrimine: uel quod quædam habent, quædam non habeant: uel quod quædam plura habent, quædam pauciora: uel quod non simili modo habeant, uel quemadmodum superius sius diuisimus. Nam loca quoque assumpsisse fortasse non ab re est, quibus locis singula apta, aut non apta sint procreari: Nam id etiam differentia magna, & maxime propria plantarum esse percipitur, quandoquidem terre adhaereant, & nunquam ea absolui, sicut animalia possint.

**C**Differentia plantarum à figura, caudice, à cortice, & ligno etiam. Caput VIII.



Vnde particulati differentias explicare conandum, quo primū in uniuersum, atq; ratione communi, deinde sigillatim differentes, plus quoque agnoscerre progressu orationis uideamur. Sunt igitur plantarum aliæ proceræ, & longo caudice, ut abies, pinus, cupressus: aliæ cōtortiores, & caudice breui, ut salix, ficus, punica: simili modo, & crassitudine, tenuitatēque distant: quædam rursus caudice uno, quædam pluribus. Ab his proximum uel illud quodammodo est, alias procreandæ sobolis vim retinere

nere, alias carcere, & alias ramos multos gestare, as  
lias paucos, ceu palmam: item robore, & crassitudi-  
dine, aut aliquibus huiusmodi differentijs discernen-  
dum: rursus quedam cortice tenui, ut laurus, tilia:  
quedam crasso, ut robur: item quedam cortice leui,  
ut malus, ficus: quedam scabro, ut robur, suber, pal-  
ma: hec dum adolescant leuiori cortice sunt: cum se-  
nes aut, crassiori, scabrioriq;. Non nullis cortex ra-  
dicis specimen gerit, ceu uiti: quibusdam etiam cadit,  
ut portulace, unedoni, arbuto. Ad hec alijs cortex  
carnosus, ut suberi, robori, populo: alijs neruosus,  
macilentusque, pariter arboribus, fruticibus, annuis-  
que, ut uiti, arundini, tritico: & alijs multiplex tu-  
nicis, ut tiliæ, abieti, uiti, lino genistæ, cepis: alijs sim-  
plex, ut fico, arundini, lolio. Corticis ratione ita diffe-  
rentiae colliguntur. Lignorum autem ipsorum, atque  
in totum caulium, alijs carnosij, ut roboris, ut fici, &  
ex minoribus glandis, betæ, cicutæ: alijs macilenti, ut  
celtis, ut cypri: & alijs neruosij, abietis enim pal-  
maeq; huiusmodi sunt: alijs enerues, ut fici: simili mo-  
do alijs uenosi, alijs uenis priuati. Sed in fructuum, &  
suffruticum, & ad summam sarmendorum genere,  
aliæ quoque differentiae comperiri possunt: quippe  
cum arundo geniculata: rubus, & paliurus spino-  
sa: tipha, & palustrium, aut lacustrum nonnulla, in-  
septa pariter, atq; æqualia cōspicantur, ut iūcas. Gla-  
dioli uero, & butomi caulis æqualitatem quandā pe-  
cularem sortitus est, & longe magis fungi fortas-

sc

Se pediculus eo in genere ponit debeat. Igitur haec differentiae rerum illarum esse appareant, quibus fieri compositio potest. Ille vero ad effectiones, viresque refertur, ut durities, mollities, lentitas, fragilitas, desitas, raritas, levitas, grauitas, queque alia eiusmodi sint. Salix enim sicca tammodo levis, suber etiam viride leue est: buxus, & ebenus ne arefactae quidem levies redduntur, & aliæ fissiles, ceu abies: aliæ frangi celeriores, ut olea: aliæ item enodes, ut sambucus: aliæ nodose, ut pinus, abies. Nec huiusmodi differentiae denegande naturæ sunt, nam fissilis abies certe meatum rectitudine, fragilis olea obliquitate, atque duritia, flexibilis tilia, & cuncte alia huiusmodi sunt humoris suæ lentitatis: grauis buxus, & ebenus, quia desiderat robur, quia terrenum: pari modo & reliqua omnia quodammodo ad naturam redigi possunt.

**D**ifferentia medullarum, discriminatio radicum, differentia radicum in summa.

Caput IX.



Edulle preterea ratione inter se discrepant. Primum si aliæ habeant, aliæ careant, ut nonnulli tam alias quasdam, quam sambucum medulla carere assuerant, nam & inter eas que certo habent, alijs carnosa, alijs lignosa, alijs membranis similis: carnosa, uiti, fico, punice, sambuco, ferulæ: lignosa larici, abieti, pino, & quidem huic præcipue, quod teda plurimum ingerat: his durior, atque spissior,

fior corno, ilici, robori, cytiso, moro, ebeno, celti: quæ quidē coloribus inter se distat. Omnes enim nigræ inspectantur: quinetiā robori talis, quod nigrum cognominant: omnesque lignis duriores. Quamobrem flessum nullū recipiunt: aliæ tamen alijs solutiōres, membranis similes, arboribus nullæ, aut raro. In fruticofisiuero, atq; materia humili, ceu arundine, ferula, reliquisq; eiusmodi tales nimirū habētur. Quædā medullam ipsam magnam, atque perspicuam continent, ut ilex, robur ceteræq; prædictæ: quædam paruam, incertiorēmq; gerunt, ut olea, buxus; haud enim ita in his distincta spectatur. Quamobrem sunt, qui nō in medio, sed per totum lignum dispersam esse affirment, ut nullus sit certus locus medullæ: nec desunt, quæ nullam omnino medullam habere uideantur, nam palme nullū penitus discrimen colligi potest. Radicibus præterea distant, alijs enim multæ, longæq; radices, ut fico, robori, platanø, quippe cū istæ, si locum habeant expeditum, subire quatumuis facile possint: alijs paucæ, ut punicæ, malo: alijs una tantummodo data est, ut abieti, pino, ita scilicet ut una, & prægrandis inima descenderet, paruæ autem complures ab illa exirent. Item earum, quæ unica radice firmantur, quædam prægrandem, altèque infixam illam demittunt, quæ ex medio tendit, ceu amygdala: sed olea paruam illam, ceteras grandiores, contortioresque gerit, & alijs crassiores, alijs inæqualiores, ut lauro, oleæ, alijs tenues omnes, ut uiti. Differunt præterea levitas

Leuitate, asperitate, spissitateq; qmuis enim omnium ra-  
dices, rariores corpore ptibus superioribus sint, alie-  
tamen alijs spissiores, magisq; surculosē constant: et  
aliē neruose, ut abietis: aliē carnosē potius, ut robo-  
ris: quædā uelutī nodose, uilloseq; , & oleo. Quod ex  
inde euenit, quia breues, ac tenues illas permultas, at  
que promiscuas mittunt: nam & si omnibus paruae ē  
grandibus exeunt, tamen non omnibus eodem modo  
congestae, frequentesque. Sunt item aliē radicibus al-  
tis, ut robur: aliē summae adhærētibus terrae, ut olea,  
punica, malus, cupressus: item alijs rectae, & equalēsque:  
alijs oblique, inæqualesq; : id enim non solum loci ra-  
tione euenit, quod saliat, & recto tramite progre-  
di non possunt, sed etiam naturae ipsius proprium est, ut  
in lauro, & olea liquet. Fico, ceterisq; huiusmodi ra-  
dix obliqua propterea est, quod expedita, facilisq; se-  
mita carent. Medulla omnibus inest sicuti caudiabus,  
& ramis, qui certe non absque ratione, sua testatur  
principia. Item quædam prolis sursum uersus procre-  
ande uim obtinent, ut uitis, ut punicea: quædam nul-  
lam penitus proferre sboleam possunt, ut abies, cu-  
pressi, pini. Suffruticum quoque herbarum, reliquo=   
rumq; has easdem differētias assignare licet, nisi qd  
radice penitus careat, ut tuber, fungus, cranium: nā  
alijs radix numerosa, ut tritico, ordeo, tiphe, omni-  
busque huiusmodi esse similitudine quadam concer-  
nūtur: alijs paucæ, ut leguminibus. Olerū quoq; maior  
ferè pars radice cohæret singulari, ut brassica, beta,  
apium,

apium, rumex, sed nonnulla propagines magnas subgerunt, ut apium, beta. Quæ quidem pro corporis sui ratione altius, quam arbores sanè radicantur. Sunt alijs carnosæ, ut raphano, rapæ, aro, croco: alijs lignosæ, ut erucæ, ocymo, & sylvestribus magna ex parte: quibus non protinus plures, & fissæ excant, si cut tritico, ordeo, & ei, quam specialiter herbā appellamus: hæc enim in annuorum, herbarumque gene re differentia radicum, ut aliæ protinus multiplices, atque æquales præscindantur: aliæ simplices promuntur, aut binæ, scilicet quæ maxime constant: nam aliæ pleræque ex ijs proueniunt.

**C**RADIX GLADIOLI, ET  
ARI, RADIX SCILLA-  
rum, ceparū, & bulborum.

Caput X.



Dicitur summam radicum differentiæ in olerum genere, atque materia humili complures acapi possunt: sunt enim aliæ lignosæ, ut ocymii: aliæ carnosæ, ut betæ, multoque magis, ari, hastulæ regiæ, croci: quedam quasi ex carne, & cortice constant, ut raphanorum, raporum: aliæ geniculatæ, ceu harundinum, graminū, & quicquid harudinaceū: quæ quidē solæ uel maxime ijs, quæ super b*y* terram

terram emineant similes formari cernuntur: et enim tanquam harudines fibris innixa corradicantur: aliae tunicis multiplicibus, corticosque porrigitur, ut scylæ, bulbi, atque etiæ œpe, hisque similium, semper enim his aliquid circâ eximi potest: quæ quidem omnia duplex quodammodo genus radicis exhibere uidetur. Nō nullis hoc idem de omnibus capitatis, terraque ceditis placet: habent enim, et carnosam illam, et corticosam, ut scylla, et eas, que ex illa proueniunt: nō enim crassitudine, tenuitateque tantum discrepant, sicut olerū, arborūque, sed etiæ genus diuersum habere uidentur. Evidentissima gladioli est, atque ari, quippe cum altera crassa, leuis, carnosa: altera tenuis, atque nervosa sit. Quāobrem dubitauerit sane quispiam an inter radices hæc poni debeant: etenim, quod subter tellure cohæret, radix esse appareat: quod uero ceteris ē diuerso promittur, nihil obtinere radias dixeris. Radix enim parte postrema tenuior est, inque acutius assidue tendit: radix uero scyllarum, bulborum, arorūque econtrario crescit. Item ceteræ radiculos de suo latere mittunt: scyllarum uero, et item ceparum nihil penitus mittunt. In totum, quæ de capite per mediū pendent radices esse uidentur, atque coalescent. Pars uero illa extuberans, ad cymæ, aut fructus modum constitit: sed cum natura eorum plus esse, quam radix debat, idcirco oriri ambiguitas potest, quippe cum totum illud radicem esse asseuerasse, haud quaquam recte actū intelligatur: radix enim bulbi, et gethyi, eaule

eaule omnino carebit, & in totum omnia, quæ natu  
ra sub terram distendi uoluit: caulis nimirum expe  
tem sortientur naturam, si totum radice consumari  
placuerit: ac proinde tuber, quod nonnulli a schium  
uocant, & uingum, & quicquid sub terram aliud la  
titat, radices proculdubio erunt, quorum nullum for  
ma constat radicis: hæc enim naturæ uiribus non locis  
discerni oportet: sed forte recte id quidem dicitur, il  
lud tamen radix nihilominus est. Sed illa quoque ra  
dices differentia reddi debet, ut alia tanta, q[ua]lia talis  
sit, alteraq[ue] alimentum ab altera capessat: quanquā,  
& ipse, & earum carnosæ illæ alimentum sibi attrahere uidentur. Arorum itaque radices rusticæ alunt  
antè, quām germina edere inceperint, redduntque  
ampliores, dum germinandi impetum cohibent: om  
nium enim eiusmodi naturam deorsum uersus potius  
uergere, manifestum est. Caules enim atque in totum  
partes superne, breues, imbecillesq[ue] sunt. Inferæ au  
tem, grandes, frequentes, ualidæ: nec solum in prædi  
ctis, uerum etiam in arundine, gramine, denique omni  
bus, quæ harundinacea, ijsq[ue] similia sint, quæq[ue] fe  
rulacea, horum quoque radices grandes, atque cara  
nosæ.

¶ De Croco, perdicio, uingo, la serpicio, magua  
deri, & platano in lycio. Caput XI.

b iij Pleraq[ue]



Leraq; etiam herbaceorū radicibus eiusmodi cōtinentur, ut aspalax, crocū, quódq; perdiā uocitatur, quod perlices se ad id uolutent, terramq; suffodiāt. Pari modo, quod Aegyptij uingum appellant. Etenim folia eius ampla, & geramen pusillum, sed radix longa, & in modum fructus, & cibo idonea. Colligunt id cum annis effusus fuerit, cōque deorum aras exornant. Evidētissimam, & maximam præ ceteris differentiam lasera piāum obtinet, & quæ Magydaris nominata est: harum enim utriusque, omnibūsque huiusmodi natura radicibus potius constare tota uidetur: igitur hoc ita suā mēdū est. Quædam autem ex radicibus plures differentias præter prædictas sortiri appareant, ceu Ara chidnæ radix, ciūsque, quod simile est araco: ambæ namque fructum non minorem superno afferunt. Pars ipsa carnosa radicem simplicem, crassam, altius infigēdam mittit: ceteras uero, quibus insidet fructus, tenues, ac summo cespite coherentes agit: loca arenosa potissimum amant: neutrum folia gerit, neque folijs quicquam simile, sed quasi binorum fructuum partibus inter se oppositis, fœcunda potius extant: quod mirum profecto est. Naturæ, uiresq; platarum tot differentijs uariant. Radices omnium prius, q; partes superne augescunt: nulla tamen subire aliud potest, quam solis calor attingat: calor enī est, qui uim habet gignendi. Ceterum uel natura humi

ad

radicis altitudinem, longeq; magis ad longitudinem plurimum conferre uidetur, si leuis, rara, transmeatūque facilis sit: nam in eiusmodi locis ulterius producatur, & maiora incrementa sequuntur: constat id maxime in genere urbanissimorum. Hæc enim si aquæ copiam habent, in quantum libeat progredi possunt. Præsertim si locus manis sit, nec aliquid obstat, ceu puteus, aut aliquis aqueductus, quæ admodum in Lyao platanus, apud aqueductum nouella adhuc, ciceriter tria ac triginta cubita misit: cum simul, & copiam alimenti, & loci liberale spatium adepta fuisset. Ficum (ut ita loquar) longissimam radicem habere putaueris. Ad summam, quæ raro corpore sint, re etiamq; agant radicem, longius mittunt: & nouæ, si ad uigorem ætatis suæ peruerentur, magis, quam ueteres, longitudine, altitudinēque radicis fulcentur: quippe cum etiam radices una cum reliquo corpore diminui soleant. Succi pariter omnium radicū insuasiores, quam fructus sui habentur: quarundam etiam penitus ferè insuaves: quāobrē sunt, quæ radicē sortiantur amarā: quāq; fructus ipsa prædulces pariāt.

**Q**ualitas radicis Iridis, & fucus indicæ, & luponius.

Caput .XII.



Edicatæ nonnullæ, odoratæ aliæ, ceu iridis: natura, uisq; peculiaris radicis fico indicæ. Illa enim à germinibus mittitur, quatenus se fico parenti cōiunxerit, telluriq; tutè inhærescit.

b iiiij

Fit

Fit itaque circum arborem frequens radicum con-  
cursus, qui caudicem nequaquam attingit, sed ab eo  
paulo distat: huic simile, uel potius quodammodo mi-  
rabilius, siquid ex folijs radicem dimittat, qualem cir-  
ca Opuntiem herbulam esse quandam enarrant, cui  
datum est, ut et mandi suavitate possit. Quod enim lu-  
pinis inspicitur minus mirum, ut si sub alta serantur  
materia, radices obſtentes summū uersus terræ per-  
ſcindant, ualentēque germina edant. Radicum diſfe-  
rentias ijs conspicari iſpis debemus.

**C**Quæ arbores enodes, quæ nodosæ, qualitas no-  
dorū, cæci, rodi, cradæ, gongri. Caput XIII.



Rborum autem uel tales differentiae  
capi possunt: sunt enim aliæ nodo-  
ſæ: aliæ enodes, tam naturæ, quam lo-  
co plus, minusue: enodes inquā, non  
ut nodo omnino careāt, (Talis enim  
arbor nulla esse uidetur.) sed si quid eiusmodi fit, lo-  
cum inter alia obtinet, cœu iūcus, tipha, gladiolus: ad  
summam, si quid inter palustria fit: sed ita enodes ac-  
cipi uolo, ut nodos paucos naturæ ordine habeant,  
qualis sambucus, laurus, ficus: denique omnia, quibus  
cortex leuis, quæue concavo, & laxo corpore sur-  
gunt: nodosa olea, pinaster, oleaster. Horū alia in um-  
bris, & à uento silentibus, & dilutis locis: alia in  
apricis, & hybernis, & gelidis, & macris, & ari-  
dis: nam inter eas, quæ genus idem fortiuntur, quæ-  
dam minus nodosæ: ad summā mōtanae campestribus,

**C**ſicce

& siccæ palustribus nodosiores. Item ratione satus,  
 & enim crebræ enodes, atque proceræ, rare nodas-  
 tores, contortioresq; assurgunt: fit enim, ut alteræ  
 sint in umbrosis, alteræ in apricis. Mares quoque fœ-  
 minis nodosiores, ubi sexus haberi uterque potest, ut  
 cypressus, abies, ostryis cornus: genus enim quoddam,  
 cornum fœminam uocant. Sylvestres nodosiores ura-  
 banis, tam simpliciter, quam quæ sub eodem genere sta-  
 tuuntur, ut oleaster, olea, caprifolius, fico: pirus, pira-  
 stro. Hæ nanque omnes nodosiores: omnes spissæ, ra-  
 ris corpore magna ex parte nodosiores: mares enim,  
 sylvestræsque spissiores, præter quam, si qua ob nimia  
 spissitatem omnino enodis sit, aut paucissimis nodis,  
 ut buxus, ut celtis. Quibusdam nodi inordinati, utq;  
 forte euenit: quibusdam ordinati tā interuallo, quam  
 numero, ut retulimus: ob id eas, cgregias uocant: qui  
 busdam enim paritas ferè undique seruatur: quibusd-  
 am assidue gradius, quod crassiori adiacet parti, idq;  
 pro ratione, quod in oleastris, & harudinibus præ-  
 cipue patet: geniculum enim ueluti nodus est. Quidam  
 inuicem respondent, ut oleastrorum: quidam prouis-  
 sari, utq; sors tulit, extant. Sunt quædam binis, quæ-  
 dam ternis, quædam pluribus nodis, nonnullæ quinis.  
 Abietis recti, & nodi, & rami quodammodo infixi,  
 ceteris autem minime: quamobrem abies ualidissima  
 est. Malo profecto nodi peculiares, faciebus enim bel-  
 luarum similes extant, unus prægrandis, alij circa eū  
 parui complures. Nodorum alij cæa, alij fœundi: cæ-  
 os

cos appello, quibus nullum germen enascer potest. Qui non solum natura, sed etiam lesionē fieri solent: cum arboris ictu aliquo disiecta, ad uulnus consolidādum enītens, oris undique plague circumactis, callo cicatricēque tumuerit; crassioribus ramis id potissimum cœnit, nōnunquam etiam caudicibus. Ad summam, quācunque partem caudicis, aut rami incideris, uel desieris, nodus ibidem nascitur: tā quam si quod unum est dirimens, alterum principium facias: siue ob eā ipsam lesionem, siue ob aliam causam, illius enim nature contrarius est. Ramuli omnium nodosiores semper uidentur, quia minimum ijs internodium interiacet, quemadmodum ficalnei, qui nuper prouenerint, tactu asperrimi sunt, & uitis palmatum summitates: ut enim nodus in cæteris, ita gemma in uite, & geniculum in arundine, quibusdam ueluti cradæ gignuntur, cœu ulmo, robori, & precipue platano: quæ si in asperis, aridis, uenustisq; locis stent, ita omnino fiat necesse est: denique, qui proximus terræ, & quasi iuxta caudicis caput cocreuerit, hic senescens crassior redditur. Nōnullæ gōgros à quibusdam uocatos habet, uel quod pro arboreis natura respōdeat, ut olea: quippe cum nomen id maxime oleæ conueniat, cōque morbo plus, quam cæteræ laborare uideatur. Premnum id nonnulli appellant, alij crotona, alij alio nomine utūtur. Rectis unisurpibus, minusque ab imis plati geris, id aut nullo pæsto, aut minus accidere solet: olea, & oleaster, uel caudicū concavitates peculiarem in modū habere uidetur.

Quæ

## CQuæ longæ, &amp; ramosæ arbores.

CAPVT XIII.



Vnt igitur aliæ ad longitudinem tan-  
tum aptæ potissime augeri , ut abies,  
palma , cypressus : ad summam, quæ  
simpliciore assurgunt caudice, quæq;  
haud multis radicibus , neque ramis  
frequentibus patent. Aliæ pro sua natura his ipsis re-  
spondent, tam longitudine, quam profunditate, non=  
nullæ illico in ramos sparguntur, ceu malus: quædam  
ramosæ , molémque superiorem grandiorēm gestan-  
tes, ut punica. Verum tamē ad singula, & loca, & ali  
mentum, & cultius, plurimum ualeat: indicium, quod  
eodem, si crebræ seruantur, exælse, gracilésque red= =  
dentur: si raræ, breuiores, atque crassiōres: & si con  
festū ramos fuctidas, purgésque, exælse, ut uitis: si  
relinquas, breues assurgent. Quin etiā illud fidem fa-  
tis præstare potest, olerū enim nōnulla arboris figu-  
rā capessunt, ceu malua, betāque (ut dictum iā est) oa-  
mnia locis suis melius augescunt: nā & inter ea, que  
genus idem sortiuntur, que suis in loās manent, eno-  
diora, ampliora, pulchriorāque extant, ut abies mæ-  
donica præstantior, q; parnasia, ceteræq; spectatur.  
Que quidem omnia , atque in totum sylvestris ma-  
teries pulchrior, & commodior, & copiosior parte  
montis aquilonia, quam meridiana enascitur. Aliæ itē  
perpetuō uirent, aliæ folijs deciduis sunt.

Quæ

**Q**ue semper uirēt, & quibus folia decidant,  
ut platanus in Creta, & querens Sybari.

C A P V T                    XV.

**N**irēt ex urbanis ppetuō olea, palma,  
laurus, myrtus, pinus genus quoddā,  
cypressus: ex sylvestribus abies, pina=  
ster, juniperus, smilax, ihuia, & ea,  
quā Arcades phellodrym appellat, tie=  
lia, cedrus, piæ, myrica, buxus, ilex, aquifolia, cela=  
strus, philyra, acuta spina, apharæ, quæ mōte Olympo  
proueniunt, potulica, arbutus, terebinthus, laurus. Por=  
tulaca, atque unedo folia inferiora dimitunt, caci=  
nibus perpetuō uirent, ramisque assidue præpostero=  
gignunt. Hæc in arborum genere. Fruticum autem,  
edera, rubus, harundo, rhānos, cedrula: est enim quid=  
dam pusillum, quod nūquam arborescit. Suffruticū,  
herbarumq; ruta, brassica, rosa, viola, abrotонum, san=  
suacum, serpillus, origanum, apium, equapium, papas=  
uer, & sylvestrium genera complura. Ex his quoque  
nonnulla cæcumine perdurant, amissis reliquis, ut api=  
um, equapiū, origanum: nā, & ruta affligitur, atque  
mutatur. Omnia uero tam in his, q; in reliquis generi=  
bus quæ coma perpetua uirēt, folijs agustioribus sunt,  
& pinguedinem quandam, suauemq; olientiam reda=  
dunt: nonnulla, quanquam sua natura semper uirere  
nequeant, tamen ex loā causa folia nunquam dimit=  
tunt, ut dictum de his est, quæ in agro elephantino,  
Memphiq; proueniunt. At qui inferius ea parte, quam  
delta

delta, à triquetra figura uocatāt, parum intercipit tē-  
poris, quin perpetuō uireant. In Creta insuli, agro  
Cortynēsi, platanum apud fontem quendam stare asse-  
uerant, quæ nunquām folia deperdit. Iouem sub ea cū  
Europa conauisse fabulantur. Quercus in agro Thu-  
rio est, ubi Sybaris perspicua, quæ nunquām folia di-  
mittit: eam non unā cum alijs germinare aiunt, sed  
post ortum caniale. Talem & in Cypro esse plata-  
num fertur. Omnibus autumno, & per autumnum fo-  
lia decidunt: alijs tamen ocyus, alijs tardius, ut quæ-  
dam etiam ab hyeme occupentur. Foliorum iactura nō  
ita germinationi respondet, ut quæ prius germinaue-  
rint, prius folia dimittant, sed nōnullæ germinat qui-  
dē præmaturius, sed nihil ante ceteras folia dimittunt.  
Quinimmo quibusdam tardiores inceptant, ceu amy-  
gdala. Quædam serotinæ germine esse solent, sed ni-  
hilo (ut ita dixerim) tardius, quām ceteræ, folia deper-  
dunt, ut morus. Regio autem solumq; madidum pluri-  
mum ad perdurandum conserre uidentur: quæ enim  
in siccis, atque in totum tenuibus locis extant, prius fo-  
lia dimittunt, & ueteres prius, quām nouæ: quædam  
& antè, quām fructum percoquant, folia deperdunt,  
ut serotinæ fia, & piri sylvestres. Illis, quæ perpetuō  
uirent occasus, ortusq; uiōßim occurruunt. Non enim  
semper eadem durant, sed alia proueniunt, alia exa-  
rescant: idq; arca æstiuum solstitium maxime facta-  
ri uidetur. An quibusdam etiam post arcturi ortum,  
aut securus, in aliqua regione fiat, cōsyderandum relin-  
quo

quo: foliorum occasus ita se habet.

**D**e foliorū differentia, & figura, de lauro alexandrina. C A P V T XVI.



Olia uero in ceteris omnibus arboribus sibi ipsa similia sunt: populi autem, atque ederæ, eiusque, qui croton vocatur, dissimilia, figuraque diuersa habentur: noua enim orbiculatur, ueterata in angulum excunt: inque id omnium mutatione definit. At ederæ contraria, dum enim noua est, angulatiora folia gerit: cum autem etate prouecta fuerit, rotunda: nam ea quoque apta est folijs imutari. Illud sane peculiare, quod oleæ, tiliæ, ulmo, populo euenire uidetur: uertutem enim partes supinas mox post solstitium aestuum, eoque argumento rustici solstitium confessum intelligunt. Omnia sola parte prona, supinaque inter se distat, ac ceterorum pars supina uiridior, atque leuior est: neruulos enim, & uenas in pronis habet, sicut manus: oleaginorum uero pars ea ipsa candidior, minusque leuis: edera quoque frondes leues parte supina habet. Omnia, aut certe plurima parte supina, perspicua pedet, eaque Soli exponuntur, uertutemque magna ex parte sole uersus. Quapropter haud facile dixeris utra pars potius ad ramulū uergat: quippe cum resupinatio quidem partē proximiore pronā reddat, natura uero non minus supinam uelle uideatur, presertim cum reflexus Solis causa fiat. Faile id spectari in ijs potest, que crebra, ordinatae sunt, queadmodum myrti: nonnulli, & alimetum parti supinæ per pronā deferri existimant,

existimant, quia madida semper lanuginoſaq; est. Sed non recte, id enim abſq; natura propria fortasse contigit, quia non simili modo alterantur. Alimentum uero per uenas, aut neruos & que ambabus defertur partibus. Ex altera enim ad alteram deferri nulla ratio est, cum meatus non habeat, neque ima que subeat: sed de alimento, quibus tandem ministrantibus offeratur, altera disputatio esse debet. Folia uero pluribus ipſa quoque differentijs, inter ſe diſtare uidentur: quippe cum arborū alijs ampla ſint, ut uiti, fico, platano: alijs agusta, ut oleæ, punice, myrto: alijs rara, ut pino, abieti, cedro: alijs ueluti carnoſa, ſciliat quia pulpa conſtant, ut aypresso, myricæ, malo, & in fruticum generare, cneoro, ſibæ: Et herbarū, ſemperuiuæ, polio, quod contra uermiculos noxios uelimentis interpoſitum uale: nā betarum folia, aut brassicarum, earumue, quas rutulas uocant, alio modo carnoſa ſunt: caro enim in latitudinem diſtenditur, non in rotunditatem crassatur. Myricæ inter frutices, folium carnoſum: nonnullæ harundinacea, ut palmæ, coici, ceterisq; ſimilibus que (ut in uniuersum loquar) folijs angularibus conſtant. Etenim harundo, gladiolus, butomus, cæteraque palustria, folijs eiusmodi ſunt. Cuncta autem folia, quaſi ex duobus conſtore uidentur, mediumque ueluti carinam habere, unde & ceteris meatus mediis amplius porrigitur. Diſferunt utē figura, alia enim orbiculata, ut piri: alia oblonga, ut mali: alia in acutum producta, & in angulum depreſſa, ut ederae cilicie.

Ad

Ad hec alia multifida, & quasi ferrata, ut abietis, fia  
licis: uitis quoque aliquatenus fissa, fici lucaniata, &  
(ut ita dixerim) cruciformia: nonnulla insecta, ut ul-  
mi, roboris, nucisq; auellanæ: quædam cum extremito,  
tum lateribus sinuata conadunt, ut ilicis, roboris, smi-  
lacis, rubi, paliuri, aliorumque: pini quoque, laricis,  
abietis, atq; etiam cedri, & cedriæ extremitate pun-  
gentia. Quod spinas omnino pro folijs habeat, nullum  
inter arbores est, quod nos quidem nouerimus: at in  
genere materiæ humilis, spinæ pro folijs, acorne, drypi-  
di, acano, omniq; penè generi spinoso: his enim omni-  
bus loco folij spina oritur. Quod si quis folia hæc esse  
negauerit, carere folijs ea omnino sequetur, ut quædā  
aculeata quidem sint, folium uero habeant nullum, æu  
asparagus. Rursus alia pediculoarent, ut scyllæ, bul-  
bi, alia habent: & alia longum, ceu uitis, edere: alia  
breuem, ut quasi infixa cohæreant, ceu olceæ, non sicut  
platani, & uitis propendentia, atque tremula. Illud  
quoque differentiam faciat, quod non ex eisdem partiis  
pendeant, sed plurimis quidem ex germine, non  
nullis uero ex ramo, robori etiam ex caudice. Oleribus  
ex maiore parte folia ilico ab radice excent, ut cepe,  
allio, intubo erratico: ad hæc hastulæ regiae, scyllæ,  
bulbo, sirinchio: atque in totum bulbosis, quorum no  
solum, quod primum oritur, uerum etiam caulis o-  
mnino sine folijs est. Quorundam enim folijs iam per-  
fectis caulis conuenienter talis assurgit, ut lactuce,  
ocymu, apij, & frumentoru. Similimodo nonnulla ex  
his

bis caulem primo mitem, pōst horridulum spinulis gerunt, ut lactuca, & cuncta folia spinosa redduntur: atque etiam magis in frūticū genere, ut rubus palivorus. Omnim autem pariter arborum, atq; reliquorū differentia publica, quod alia multis folijs, alia paucis constant: & alia latis, alia angustis: & alia ordinatis, ut myrtus, alia inordinatis, utque forte incidet, ut maior penē pars ceterarum plātarum. Peculiaritatem in oleribus, ceu cēpa, geibyo, foliorum concavitas. Ad summam foliorum discriminem, aut magnitudine, aut multitudine, aut figura, aut latitudine, aut angustia, aut cavitate, aut asperitate, aut lēuitate, aut quod aculeis horret, uel nō. Ad hēc dependentia, unde, quo: unde, idest, ab radice, aut germine, aut caule, aut rame: quo, idest pediculo, aut sine ipso, cuius etiā genesiō coplura spectantur: fructiferaq; nonnulla fructū folijs interceptū gerentia, ut laurus alexandrina, que fructum super folijs gignit. Foliorum differentias iam communius diximus, hisq; penē continentur.

**E**x quibus constent folia, & pediculi qualitas, & distinctio fructuum. Caput XVII.



Onstant autē foliorū alia ex neruo, & cortice & carne, ut fici, & uitis: alia quasi ex neruo tātū, ut harundinis, frumenti. Humor cōmuni omnium est: omnibus enim inest, tā his, quam reliquis annuis, ceu pedialo, flori, fructui, quicquid aliud ueniat: uel potius, & ijs, que minus annua sunt:

nihil enim est, quod careat humore. Pediculorum alij ex neruo constare tantum uidentur, ut harū dinis, frumenti: alij ex eisdem, quibus caules. Florum alij ex cor tice, & uena, & carne: alij ex carne tantum, ut qui inter lolia nascuntur. Fructus quoq; simili modo, alij enim ex carne, & neruo: alij ex carne tantum, non nulli etiā cete constant. Humor hos quoq; omnes co mitatur, ex carne, & neruo, ceu prunorum, cucumerū: ex humore, & aute, mori, punice. Alij secus distinguntur, omnium (ut sic dixerim) pars exterior, cortex: interior, caro. Quorundam etiam nucleus.

**C** Semina arborum, & que semina cōgesta, & que discreta. De siliqua, hoc est fico ægyptia.

Caput XVIII.



Ostremum in omnibus semen est, hoc humorem, calorēq; insitum in se habet: qui cum desierint, semen infecundum, sicuti urinum ouum relinquuntur. Quorūdam semen protinus post tegmen ambiens subest, ut palmae, nucis, amygdale, quibus ambientia plura utiq; sunt, ceu palmæ: quibusdam caro, & nucleus interiacent, ut oleæ, pruni, aliorumq;. Alia siliquis includuntur, alia foliculis ue stiuntur, alia uasculis continentur: quædam etiam nu da patent in siliquis annua, ut legumina, & sylvestrium pleraque. Quin et arborū quædā, ccu siliqua, quā sicum ægyptiam quidā appellat: & cercis, & co lœtis

læcia aræ Liparæ, in foliculo ex annuis quedam, ut tricicum, milium. Simili modo uascolo inclusa, & nuda: in uascolo, ut papaver, queq; papaveri similia, nam sesame modus quidam peculiaris. Nudo semine oleorum pleraque, ut anetum, coriannisum, cuminum, fenniculus, pleraque alia. Arborum nulla semine nudo, sed aut carne obducto, aut cute, aut crusta, ceu glas, & euboicum: aut ligno, ceu amygdala, & nux. Nullum in uascolo semen arboris est, nisi conum uasculum dixeris, quod absolui de fructibus potest. Semina ipsa quibusdam protinus carnosæ, ceu illa, quæ nucum, & glandium genere comprehenduntur. Quibusdam caro in nucleo est, ceu oliuæ, lauro, & alijs: non desunt quibus in nucleo tantum, uel nucleacea, & quasi retorrida constent, ceu enico, & similibus, necnon & multis oleribus, Palmæ prosectò evidentissima: cavitatem enim nullam hæc habent, sed tota plena, atque persolida sunt: tamen his quoque humor quidam, calorique inest, ut dictum est. Differunt præterea, quod alia congesta, atque promiscua: alia discreta, atq; distantia, ut cucurbitæ, cumeris, & in arborum genere, fici, mali. Quin & congestorum ipsorum quedam putamine aliquo, aut tunica continentur, ut punice, mali, piri, uitis, fici: quedam congesta quidem, sed nullo inclusa, ut eorum, que spicam inter annua gerunt, nisi quis spicam ipsam ambiens quoddam esse putauerit. Quod si ita sit, racemos quoque ita se habent,

cij bit, ut

bit, ut reliqua, quæ racemata eduntur, quæq; uniuersa  
ob fertilitatem, uirtutemque soli prodeant: quemadmo-  
dum Syriæ, alijsq; locis oleas fructificare affirmant.  
Quin etiam illud pro differentia quadam acapi pos-  
se uidetur, quod alia uno pedialo, singularique an-  
nexu congesta gignuntur, ut de racemis, spicisq; dixi-  
mus, nullo ambiente communi tegmine prouenire:  
alia secus. Nam unumquodque semen, aut ambiens,  
scorsum acceptum, principium annexus proprium  
habere uidetur, ut aani, tum uuæ, tum punici. Item  
triticum, ordeum, malorum, pirorūmque, ubinam cō-  
iungantur, comprehendāturq; uelut membrana qua-  
dam, quam caro fructus obducit, minus perceperis,  
tamen uel eorum quodque principium habet propri-  
um, & naturam distinctam: sed punici idcirco euide-  
tissima, quod expressius discernuntur. Nucleus enim  
cuique adhæret: nec quemadmodum ficuum incerta,  
prænimo suo humore cōculcantur. Hoc enim inter-  
se distant, quanquam utraq; carne quadam, & eo, qđ  
carnem cum ceteris comprehendit, continentur. Hæc  
enim circa nucleum unūquemque, carnosum illum  
habent humorem, granum uero ficarium commune  
quasi omnibus est, sicuti, & uinaceum, & quæ his si-  
milia. Sed eiusmodi differentias plures capere fortas-  
se possumus, quarū præcipuas, maximēq; naturales,  
haud ignorare oportet. Quæ autem pro saporibus, fi-  
guris, totisq; formis acapi possint, onibus fermè ex-  
plorate habentur, ut explanatione nulla indigeant,  
nisi

nisi tantum adusque quod fructus figura nulla rectilineus, neq; angularis.

**C** De succorum, odorumque differentia.

Caput XIX.

**S**uccorum uero alij uinosi, ceu uitis, mori, myrti: alij pingues, ut olce, lauri, nucis, amygdalæ, pini, laricis, abietis: alij dulces, ut fici, palmæ, roboris, gladiis: alij acres, ut origani, satureiæ, na sturtij, sinapis: alij amari, ut ab synthijs, fellis terre. Odore præterea distant, ut anesi, cedrulæ. Quorundam dilutos putaueris, ut prunorum: alij acidi, ut punicorum, & quorundam malorum: sed omnes, qui uel huic generi contribuantur, uinosos putandum: alij aliis generibus assignantur, quorum sigulos in libro de saporibus persequemur, tam genera ipsa numero amplectentes, quam eorum inuicem differentias reddentes, quæq; uis cuiusq; naturaque sit. Arborum quoq; ipsarum humor, uti retulimus, uarijs generibus con summari uidetur: Alius enim succo lacteo similis, ut fæ, papaueris: alias resinaceus, ut abietis, pini, omniumq; coniferarum: alias aquosus, ut uitis, piri, mali: et in olerum genere cucumeris, cucurbite, lactuce. Non nulli acrimoniam quandam fortuntur, ceu thymi, sa turcie. Quidam etiam suauem olientiam præstant, ut apij, aneti, feniculi, reliquorumque simulum. Omnes (ut absolute loquar) pro natura cuiusque arboris (utque in uniuersum transigam) plantæ, propriæ

am differentiam sibi sortiuntur. Quippe unumquodque, temperamentum quoddam, missionēq; obtinet peculiarēm, quæ scilicet fructibus subiectis conueniat, quoru pluribus quedam similitudo innotescit, quam quā incertior, sēsq; dubia: scilicet ea de causa, quod saporis natura, purā, synceramq; confectionē, concoctionēmque in carne fructus consequitur. Alterū enī quasi materiam, alterū quasi formam, speciemq; arbitremur oportet. Semina quoq; ipsa, & tunicæ, quibus uestiuntur, saporū discrimine inter se distat. Viq; simpliciter loquar, uniuersæ arborū, plantarumq; ptes, ut radix, caulis, ramus, foliū, fructus, cognationē quā dā habere tota cū natura uidentur, quāquam odore, saporeq; differant: ut partiu plantæ eiusdem, aliæ odoratæ, & bene sapidæ sint: aliæ inodoratæ, insipideæ q; omnino.

**D**e odoribus florū, & foliorū, & radicū, quōtq; genera humor arborum habeat, dēq; folijs, & fructu Tiliæ. Caput XX.



Vibusdā enim flores inodorati, folia uero odorata: quibusdam ē diuerso folia magis, & rami, ut coronario generi: quibusdam fructus: alijs neutrum, alijs radix, alijs pars aliqua. Similis & saporis ratio est: alia etenim mādi queunt, alia nequeunt. Neque folijs, neque fructibus peculiarē p̄cipue, quod in tilia cernimus. Nam huius folia præ dulcia, & plerisq; animalium pabulo: Fruclis

Eius uero mandi à nullo potest : è contrario namque nimirum, ut folia non mandantur. Fructus uero nō tantum à nobis , sed etiam ab alijs animalibus mandi possint. Sed huins, ceterorūq; similiū causas postea contemplari conabimur.

**F**lorū genera, & differētiae. Caput XXI.



Vnc exploratū illud habeamus, p omnes partes differentias plures uario modo exultare. Nā & florū , alijs lanuginei, ut uitis, mori, edere: alijs foliati, ut amygdalæ, mali, piri, pruni.

Itē alijs grandes habētur: oleaginei uero foliati quidem, sed pusilli: pari modo & annuorum, herbaceorūq; genere, alijs foliati, alijs lanuginei. Cūctorū, alijs bicolores, alijs unicolores, ijdēq; cādidi: Quippe cū tātū ferè punice phœniceus, & quarūdā amygdalarū subruffus excat. Nulla inter urbanas alia est flore uel bicolorē, uel pleno: sed si qua sit, sylvestris profecto est, cū abies. Flos enī eius croceus , & illi, quos in mari externo, rosis colore similes tradūt: at in ānuorū ex maiori penē pte tales excūt, & bicolores, & binū: binū īquā, q; in flore alterū florē insidētē mediū gerūt, ut rosa, uiola nigra, lilyum: nonnulli etiā folio uno emer gūt, descriptionē tantū plurium ostendentes, ut flos iasionæ: in hoc enī haud quaq; foliū unū quodq; discer nitur. Nec cōceptaculo pars infima eget, sed postrema in āgulos excūt. Oleæ quoq; flos penē talis cē uidetur.

**C**Qualis florescens uitis, olea, rosa, mali medi  
cūij cē.

dice, & punicae flos. Caput XXII.



Iffcrunt etiam ortu, & positu: alia nang; florem circa fructum ipsum producunt, ut uitis, olea, cuius prostrati flosculi perforati spectantur, idq; argumento capitur prop̄ arboare defloruisse. Nam si exaruerint, aut madefacti fuerint, unā cū fructibus defluent, atque ita nullatenus perforabūtur. Maior ferē pars fructum in medio floris tenet. Sed non defunt, quæ uel super fructū ipsum florem insidentem emittant, ut punica, malus, amerisna, prunus, myrtus, Et in fruticum genere, rosa, miorq; pars coronariarum. Semē enim sub floribus habent: sed conspicuum id in rosa, quia extuberat. Nō nulla etiam cum seminibus ipsis flores edunt, ut uenia, cnicū, atq; omnia, quæ florē folio numeroſo producunt. Singulis enim seminibus, singulos flores annexos gerunt. Simili modo, & herbaceorum nonnulla, ut gith. Et in olerum genere, pepo, cucurbita, cucumis. Quippe omnibus flos in postremo fructus, & crescentibus fructibus, flos diu infixus seruatur: alia secus, modo quodam peculiari, ceu edera, morus: & enim florem hæc in totis fructibus habent: Sed neque postremis insidentem, neque in singulas partes ambientem, in medijs inculcatū, niſi forte cōcerni nequeat propter lanuginem. Sunt & simplices quidam flores, ceu cucumerum, qui postremis fermentorū emer-  
gunt. Ob id eos auferunt: cucumeris enim prohibent incrementum.

incrementum. Inter flores mali medicæ, qui ueluti colū quandam erectam in medio habeant, fœcundos hos fore affirmant: qui uero non habeant, hos fore infœcundos. An alijs quoque floriferis eueniat, ut florē rem sterilem gignant. siue separatum, siue non separatum, præternitti non debet. Etenim genus quodā, & uitis, & puniceæ fructum perficere nequit, sed ad florē usque generatio tantum peruenit. Flos quoque puniceæ copiosus, creberq; est. Deniq; amplitudinē sui quodammodo pomī emulatur. Parū se subtus at tollens colligit, & ambitu congruo sinuatim reddit. Plantarum, quibus genus commune, alias florere, alias nullo flore exilarari quidam affirmant, ut palmarum marem florere, fœminam minime, sed protinus fructum promere. Igitur, quæ genus idem sortiuntur, id differentia obtinent: sicuti & omnia, quæ fructum perficere nequeunt: Floris naturam plerasq; differentias habere satis his liquet.

### ¶ Quomodo distent in fructificando arbores.

CAPVT XXIII.



Arbores autem uel hisæ in fructificando distare uidetur: Namq; aliae fructu ex nouellis surulis gignunt aliae ex ana notinis: aliae de utrisq; Ex nouellis fructus, & uitis: ex anotinis olea, punicea, malus, amygdala, pirus, myrtus, omnesq; ferè similes: oes enim ex anotinis. At si contingat, ut aliquid cōcipiant, atq; florcat (euenit enim id quoq; non nullis ex myrto

myrto, ut sic dixerim: præcipue, cum germinatur post arcturi exortū, id perficere nequeat, sed semicōditū perit: ex uirisq; tā nouellis, quām ānotinis, si que mali bistræ sint, aut si aliquid bis fructificat. Itē caprificus, quæ naturat, ficusq; profert ex nouellis. Peculiaris maxime orus si qs fructus caudicē profiliat, ut moro egyptiæ. Hāc enim ex caudice ferre nōnulli affirmat. Alijs grādibus ex ramis eā fructificare, sicuti, & siliquam dicūt. Hāc enim fructū, uel ex his producit, nō tamē copiosū. Vocat enim siliquā, quæ fucus egyptias appellatas, producit. Arborū item aliæ cacuminibus fructificat, aliæ lateribus, aliæ parte utraq;. Sed plura ex alijs fructū cacumine ferūt, q; ex aboribus, ut frumentorum, quæ spicā pariūt. Fruticū erica, piræa, amerina. Olerū, quibus radix capitata. Parte aut̄ utraq;, tā arborū quædā, q; olerum, blitum, atriplex, brasīca: nā & olea idē quodāmodo facit. Cūq; cacumina ferūt, copie indiciū esse dicitur. Palma quoq; fructū quodāmō cacumine gignit. Sed hāc & folia, & germina cacumine gerit. Quippe uis eius genitalis parte superiori tota cōficit. Iḡ tur differētias, quas particulatim capere decet, his contēplari conemur: illæ uero naturæ totius esse uidetur, scilicet quod plātarū, aliæ urbanæ, aliæ sylue stres, & aliæ fructifere, aliæ steriles, & perpetuo uarentes, & folia deperdentes, quæ admodum diximus. Quædā etiā in totū folijs carent, & aliæ florū fecundæ, aliæ infecundæ, & aliæ germine, uel fructu precesses, aliæ serotinæ. Pari modo, & reliqua his similia persequendum,

persequēdū, & hec quidē in partibus, aut nō sine partibus esse constat. Illa uero propria maxime, & quādāmodo maxima differētia, quæ uel in animaliū gene re patet: quod aliae aquatiles, aliae terrene. Plantarum enim genus quoddā eiusmodi est, ut nisi in solo madēte nasci minime possit. Quædā nascuntur quidē, sed nō si miles, sed lōge deteriores. Cū etarū aut arborū, plāta rūq; ut rē absolute cōtingamus, species in quoq; genere plures: quippe cum nihil ferē simplex sit.

**C**Replicātur differētia plantarū. Ca. XXIIII.



Ed quæ urbanæ, aut sylvestres dicūtur, hāc ipsam cui dētissimā, summāq; differētiā habeāt, ut ficus, caprificus: olea, oleaster: pirus, piraster: pinus, pi naster. Quæ uero in alterutro illorū genere collocētur, harū differētia fructibus, folijs, cæterisq; formis, partibusq; percipitur. Sed sylvestriū plurimæ nomine carēt, experti q; per pauci sūt: urbanarū aut plurimæ nomine suo noscantur, sensusq; earū cōmuniōr: Exempli gratia, uitis, fici, punice, mali, piri, lauri, myrti, reliquarūq;. Facit enim usus cōis, ut exploratæ differētia habeātur. Illud quoq; utroq; in genere proprium: Sylvestres enim mare, ac fœmina, uel solis, uel præcipue discernuntur: sed urbanæ generibus ærte pluribus cōstant. Quorū alia inueniu, numerōq; facilia: alia difficilia, scilicet causa uarietatis. Sed partū, reliquarūq; naturarū differētias his& cōtēplari tē tandū. De generationibus aut posthac referre cōgruiū est. Id enim prædicta quasi de cætero cōsectari uidetur.

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER SECUNDVS.

**D**e modo generationis, sationisq; in arboribus.

CAPVT

I.



RBORVM & summae  
tim Platarum generationes,  
aut spote, aut semine, aut ra-  
dice, aut auulsoe, aut ramo,  
aut surculo, aut ipso truncu-  
factitantur, aut etiam ligno  
minutatim conciso. Nam eo  
quoque modo planta exori-  
tur, sed principatum in his spontanea obtinent. Que-  
uero semine, radicēque fieri solēt, naturales maxime,  
inter reliquas esse appareant. Nam ipsæ quoque spon-  
taneæ quodammodo sunt, & sylvestrium ob id gene-  
ri accommodātur. Reliquæ autem hominum arti, aut  
electui pertinent. Singula igitur modo ex prædictis ali-  
quo erumpunt, sed pars maior pluribus sanè modis  
procreatur. Olea enim omnibus prouenit rationibus,  
præterquam surculo: defixa enim nequit germen ci-  
tare, ut ficus ex crada, & punica ex uirga. Quanq;  
nonnulli adminiculo quoque defixam ad ederam, ui-  
tam egisse communem, factamque arborem affirmet.  
Sed id raro: illud uero ex maiore parte à natura fa-  
cti uiidemus. Ficus quoque omnibus modis emer-  
git

git: præterquam ex ramo, & surculo. Malus, & pi-  
rus raro ex ramis. Cæterum cuncta magna ex parte,  
his quoque enasci contingit, modo leues, nouelli, faci-  
lēque auctiles petantur. Verum illi prouentus magis  
naturæ conueniunt. Contingens autem pro possibili-  
tati ratio est: quippe cum in totum, quæ ex supernis  
potius enascantur, paucissima sint: quemadmodū que  
ex palmītibus uitis proueniunt: Ista enim nec ex pro-  
ra, sed ex palmītibus exit, & si quid aliud eiusmodi  
annotetur, seu arbor, seu suffrutex: ut ruta, uiola,  
fīsimbr. um, serpillus, helenium. Omnia, itaque com-  
muni generatio, quæ auulsione, atque semi-  
ne fiat. Omnia uero, quæ semen ferunt, semine quoq;  
gignuntur. Nasci, & laurū ex auulsione affirmant,  
si quis sublatis surculis ferat. Sed, quod auellitur, radī-  
as, aut stypitis aliquid habeat, oportet. Fieri tamen po-  
test, ut & absq; eo, tam punica, quam malus, uerna  
exoriatur. Amygdala quoque sata exurgere potest,  
sed plurimis ferè modis uenire olea uidetur. Nam ex  
trunko, ramo conciso, radice, ligno, uirga: item admi-  
niculo, quemadmodum diximus. Myrtus inter cætera,  
huic maxime similis: nā & ligno, & ramo prouenit.  
Ligna tam eius, quam olea, palmo minora diuidi haud  
quaquam oportet: neque cortex detrahi debet. Arbo-  
res modis predictis exēnt, atq; cōcrescent: infistiones  
enim aut inoculationes, misturæ quædā, aut alio pacto  
generationes esse uidetur. De quibus postea diæmus.

**C**Quomodo suffrutes herbae iterūnque  
arbores

arbores nascantur. CAPUT II.

**S**ufruticū aut, atq; herbarū pars maior semine, radicēq; nascitur, quædā etiā utroq; nōnulla tñ ex germinibus, ut dictū īā est. Rosa, & liliū caulibus cōasis, ut etiam gramē exeunt. Caule quoq; toto propagatō, rosa, & liliū nascitur. Peculiaris maxime ḡnatio, quæ ex lachryma fit. Quippe liliū ita exire uidetur, cum id qđ defluxit, sole exaruerit. Lachrymā quoq; equapij uim eādē sortiri uolūt: & enim lachrymā id quoq; emittit. Prouenit & quoddā haridinis genus, si quis in obliquū colos præfas, fino, terreq; abscodat. Peculiare quoq; in ijs, quæ radice capitate cohēct, ut ex radice proueniāt. Cū autē uis genitilis tot modis cōprehēdatur, arborum pars utiq; maior, quæ admodū paulo āte retulimus, pluribus modis apia est exoriri. Sunt tñ, quæ ex semine tanū nascātur: ut abies, pinus, larix, sumatim oēs coniferae, itē palma: nō forte apud Babylonē ē uirgis quoque proueniat, sicut nōnulli asseuerāt. Cupressus cæteris qđē in loās, semine prouenit, in Creta aut in uula etiā trūco, ut mōtosa in Tarra. Apud hos enim cupressus cædua est, quæ ex cesura germinat, modis oībus præcisa. Nā & ab terra, & parte media, & superna: nōnusq; loci, uel ex radicibus germinat, sed raro. De robore diuersa sc̄iētia est: qdā enim ex semine tātum eā pducū statuūt, alij ex radice quoq; sed lēte: nōnulli etiā ipso caudice detrūcti. Auulsiōc, aut radice, nihil ex ijs, q ab imis plāti gerano sint exoriri posse arbitrātur. Cū cōtorū aut, quorū

gñatio numerosior est, que auulsiōe, atq; etiā magis,  
que sobole p̄fici p̄t: ocyssima, & auctu p̄facilis est, si  
ab radice soboles accipiatur: & quæ sic, aut ullo pacto  
platis serātur, hæc oīa fructus similes afferre uidetur.

**C**Quāobrē degenerēt interī sata, & que nō degene-  
rēt, sed meliorescat quoq; & hoc in arboribus.ca. III



Væ aut̄ fructibus eorū, que sic quoq;  
proueniunt, sata sint, hæc (ut ita lo-  
quar) oīa detriora reddūtur. Quædā  
etiā oīo degnant, ut uitis, malus, fīs-  
cus, punica, pirus: Quippe cū ex gra-  
no ficario nullū pēitus genus procreetur, sed caprificus  
tātū, aut ficus sylvestris erūpit. Colore etiā sēpenume-  
ro discrepās: ex nigra enim cādida, & ex candida ni-  
gra gignitur: ex uite quoque nobili, ignobilis, & sepe  
diuersa genere exit. Nōnū quām nil penitus urbanū,  
sed plane sylvestre prouenit: & adeo qñq;, ut fructū  
perficere minime queat. Quædā fructum ne cōpilare  
quidē ualent, sed ad florem usque tantummō ueniunt.  
Nascitur ex nucleo quoque oleæ, sylvestris olea: ex a-  
cini mali punia glaucis uilia excūt, & ex enucleatis  
dura, & plerūq; acida: eodem mō, ex piro uitiatum  
pirastrū: ex malo tū deterius gñie, tum acida ex dulci:  
& cotonea ex struhea. Amygdala quoq; degenerat,  
tum sapore, tum quod dura ex molli redditur. Idārō  
adultam inserere, aut plantam sēpius transferre pre-  
cipiunt. Quercus quoque deterior exit: itaque cum  
plerique ex ea, que in Epyro nascitur, seruissent, nul-  
lo pacto prouenire similis potuit. Laurū, atque myrs-

tum præstare interdum inquietunt, sed magna ex parte  
eas quoque degenerare, ne colorem quidem seruare,  
sed ex fructu rubro fieri nigrum, ut in Antandro.  
Plerūque cypressum quoque ex fœmina, marem pro-  
uenire affirmant. Palma inter ea, quæ semine exēunt,  
et pinus conifera, et picea, tineaosa maxime (ut sic lo-  
quar) persistere in totum uidentur. Hæc igitur inter ea,  
quæ mā sue scere patiūt. Inter feroceſ aut plures ge-  
nus suū seruare possunt, scilicet uirium portione,  
ut pote cum natura ualidiores sint: contrariū enim haud  
probe putaueris, nullam scilicet posse in illo ordine  
degenerare, atque omnino inter eas, quæ semine tan-  
tummodo exēunt, nisi quod cultura ualeat immutari.  
Loca quoq; à locis differunt, et aér ab aëre: Quibus  
dam enim in locis regio sinulia proferre uidentur, ut  
etiam in Philippis: è contrario uero paucā, paucisq; in  
locis mutantur, ut ex semine sylvestri urbanū, aut ex  
deteriori absolute gignatur melius: id enim de puni-  
ca tantum in Aegypto Ciliciaque euenire accepimus:  
Namque in Aegypto acidam tum semine, tum planta  
in dulam quodammodo, aut uiolentam conuerti. Ci-  
liciæ uero circa Solos, iuxta amnem Pinnarum, qua cō-  
tra Darium dimicatuū est, omnes sine nucleo surgūt.  
Quod si quis etiam palmā nostratem in Babylone se-  
rat, reddi fructifera, et loci illius domesticis simi-  
lem, consentaneū est. Eodem modo, et si qua alia tel-  
lus ad aliū fructum ita se habet: etenim omni cura, cul-  
turāque exuberantior iste persistit: indicium quod ea,  
que

quæ aliorum inde transferuntur, protinus sterile= scunt. Quædam etiam germinis infœcunda omnino reduntur: quin & alimento, ac reliqua opera permuntantur: & ut sylvestres mitescant, & urbanarū ipsarum quædam neglectæ imitescant, ceu punica, amygdala. Quidam etiam ex ordeo, triticū: & ex tritico, ordeū gigni, eodēq; fundo id fieri aiunt: sed hæc pro fabulosis quibusdā accipies. Quæ enim hunc in modū mutari possunt, sponte sane mutari oportet. Diuersitate autem regionis mutatio sequitur, ut in Aegypto, & Cilicia, de punica diximus nulla adhibita cultura. Eadē ratio ubi fructiferæ sterilescant, ceu persicū Aegypti, & palma in Græcia: & si quis eam, quæ in Crete insula populus nigra uocitetur, træstulerit. Quidam & sorbū steriles cere uolūt, si ad loca feruētia uenit. Hæc enim sua natura, frigidæ querent: utrūq; ex contrarietatibus accidere ratio est, siquidē nonnulla solo mutato nasci oīno recusent. Mutationes pro soli natura tales profectō accidūt: pro satu aut, quæ de semine diximus. Nā & eorū, quæ semine seri possūt, numero sa notatur mutatio. Punica, & amygdala, cultura mutatur. Punica, si simū suillū, aquarūq; fluētium copiā adipiscatur: amygdala, si quis paxillum adigat, lachrymāq; de fluētē diutius auferat, reliquumq; cultū impedit. Pari modo, quæ ex sylvestribus māsueſcūt, aut ex urbanis træſeunt in sylvestres, quædam cultu, quedam aut neglectu, mutatur: nisi q̄s nō mutationes quidē ilias, sed cremen̄ta, siue accessiones in melius, deterius=

ue putauerit. Neq; enim oleaster, olea:nec pyraster,  
pyrus:nec caprificus, ficus fieri potest: quod enī olea-  
stro accadere dicunt ut si surculos decidat, aut in totū  
trāsseras, germē oleagineū p̄ferat, magna quēdā mu-  
tatio est. Sed hēc utro mō accipi debeat, nihil referat.

## Cōstenta in arboribus.

Caput IIII.



D hēc fortuitam quoq; mutationē fie-  
ri aiunt interdū fructuū, nōnū quam  
arborū summatim ipsarū. Quæ qui-  
dem aruspices cōstenta esse existimāt,  
exēpli gratia, punicū acidum edere  
dulce, & dulce acidū: rursus arbores ipsas, ut ex aci-  
da dulcis, & ex dulci acida ueniat: sed deterius in aci-  
dā, q̄ in dulcē mutari. Itē ex caprifico, ficū, & ex fi-  
co, caprificū: sed de fico in caprificum deterius, & ex  
olea, oleastrū: & ex oleastro inuicē oleā, quod raro  
euenit. Rursus ficū ex cādida nigrā, & ex nigra can-  
didā: pari etiā modo, ut ex uite. Ergo hēc tāquam pro-  
digia, & pr̄ter naturae normā, accadere arbitrātur:  
solita uero nullo pacto mirāntur, ut q̄ in uite, quā ca-  
pneū uocāt, cernitur: nā ex nigro racemo, cādidiū, et  
ex cādido, nigrū, hēc pr̄estat. Neq; enī aruspices ista  
interpretantur, quoniā ne illa quidē, quæ ratione re-  
gionis mutari soleat, quēadmodū punica in Aegypto  
mutari proposuimus: sed hic ita fieri nūrū, quoniā  
una tātū, aut duæ, & hēc raro p̄ uniuersū tēpus me-  
tantur. Et si aliquādo ita fit, in fructibus potius discri-  
mē, quām i totis arboribus p̄cipitur. Nā talis quoq; rei  
temeritas

temeritas fructibus nōnunquam cōtingit, ut ficus po-  
ma auersa ramulis ferat, & punica, uitisq; caudice  
suo fructificet: ad hēc uitis fructū absq; folijs prodū-  
xit: olea, folijs amissis fructificauit, quod & Thessa-  
lo Pisistrati filio acadiſſe prodiū est. Nōnūquam ra-  
tione hyemis, aut alias ob causas quædā accidūt, que  
normæ naturali incōgrua iudicātur, cū tamē non ita  
sit, ut olea penitus aliquando adusta regerminauerat  
tota. Boeotiae uero germinibus omnibus à locustis de-  
rosis, iterū germinauit. Sed hēc baudquaquā pro ab-  
surdis animaduerti forsitan debent, quippe cū ad ma-  
nifestas causas redigi possint. Sed potius, si non ex  
proprijs locis fructificent, aut non fructus proprios  
ferant, natura tota immutatur, ut diximus. Mutatio-  
nes arborum tales adnotantur.

**C**Quæ herbæ degenerent, melioreſcantue, ſi ſym-  
briū in mentā, triticū in lolii, leguminacoctibilia,  
& coctibilia, & quo pacto crassescat. Caput V.

 X reliquis autē plātis, ſi ſymbriū, niſi  
cultura cohercetur, in mentā mutari  
uidetur. Quāobrē ſepiuſ id trāſſerre  
cōſueuerūt. Triticum in lolium tran-  
ſit. Sed hēc in arborum genere, si ita  
fit, ſpōte, fortuitōq; eueniūt. Annuis autē paratu quo  
dā, & opa cōtingunt, ut tipha, ſemēq; mutare in triti-  
cum ſolent, ſi pista ferantur, idq; non protinus, ſed  
anno tertio. Quod ſimiliter ferē fit, atq; cū ſemina ra-  
tione locorū pmutatur. Nā ea quoq; ſingulis in locis  
dij temporis

temporis spatio pari ferè, atq; tipha mutantur. Triti  
cū quoq; sylvestre, & ordeū, culta & mitigata per  
tēporis tantundē mutantur, & bæc fieri mutatione  
loci, culturāque uidentur. Nōnulla etiam utroque mo-  
do. Quædam cultura tantum, ut legumina, ne incocti  
bilia fiant, nitro pridie macerata serere in sicca tellua  
re, præcipiunt: lente, ut crassescat, paxillo demittunt:  
cicer, ut grandescat cum putaminibus madefactū ob-  
seritur. Temporum quoque ratione semina immutan-  
tur, ut leuiora, faciliorāque reddantur: ut si eruuum  
quis uere serat, facile, gratūmque exit, non graue,  
quemadmodum si autumno seratur. Fit & in oleribus  
culturæ causa mutatio, ut apium, si satum conculca-  
tur, cylindroq; spissetur, coæqueturque, crispum in-  
quiunt prouenire. Mutantur itē, regione, tellurēque  
mutata, ut etiam cætera. Hæc esse omnium commu-  
nia cōstat: an uero ob aliquam offendam, aut dēmptio  
nem partis, arbor redi infœcunda possit, quemad-  
modum animalia, prætermittendum non est. Ergo  
secundum redditam illam diuisionem nihil ad plus mi-  
nusue ferendum causa detrimenti notatur, sed aut  
totum perit, rut incolume perdurans fructificat. Se-  
necta uero communis quædam corruptio generibus  
omnibus accedit, absurdum uero plantas sponte ori-  
ri, mutarique, appareat.

**C**In animalium genere mutationes.

Caput VI.



*Am in animalium genere potius huiusmodi fieri mutationes naturales, plurēsq; profectō cernuntur. Quædā enim temporis ratione mutari uidentur, ut accipiter, upupa, & similes uolucres. Itē pro locorum mutatione, ut coluber stagnis exsicatis marcescit. Evidētissima uero nonnulla cum in generatione cōsistunt: mutantur enim per annū plura, ut cū ex tinea eruca, tū ex ea papilio gignitur, inq; alijs pluribus hoc euenire notatū est: sed forte id nō absurdū, nec simile huic, qđ quærimus est.*

**D**e satu, & scrobibus, & radice, & positu arborum, & satione fucus. Caput VII.

**V**erum ita arboribus summatimq; omnibus terræ stirpibuscenit, ut antē iā dictum est, quō spōte germinetur facta mutatione quadā, ex ui aspectus cœlestis, generationes, mutationesq; hisce cōtemplandū. Cum uero cultus, operaque plurimum ualeat, atque etiā magis satus magnas differēti as faciant, de his quoq; referre cōdecet, & primo de satu. Ergo tēpora atē exposuimus, qbus plātas, quam primū petere conueniat, & à solo simili eius quo serē dum statueris, aut etiā deteriore: scrobes uero tēpore atē lōgissimo, atq; altius semp defodiēdū, etiā ijs, quæ telluri sūmæ adhērēt. Radicē autē nullā altius desce dere ternis semipedibus quidā uolunt: itaque illorū cō filium improbat, qui altius serunt, sed haud quaquam d iij recte

recte id affirmasse in plerisq; uidetur. Nā si aut solū  
aliū, aut regionē cōmodā, aut etiam terrā facile nā-  
ascantur, multo lōgiore radicē ipellunt, que scilicet  
apta sint stirpe alta adherere. Pinū itaq; uecte solici-  
tatā, quō trāsseretur, lōgiore q̄ octo cubita radicem  
habere qdā uidisse retulit, quāquām nō totā refōsam,  
sed abruptā: plantas, si fieri possit, corpore fibrato ca-  
pi oportet: sin minus, ex pte potius iferiore, q̄ supiore  
assumes, præter quā in uite. Et fibratas in recto demit  
tēdū, at infibres, aut ad palmi magnitudinē, aut plus  
paulo sternēdū, qdam etiam fibratas ipsas sternēdas  
præcipiunt. Positum quoq; obseruandū ex aequo, quē  
arbores nōnull.e haberēt, aut in Aquilonē uerſe, aut  
in Oriētē, aut in Meridiē. Plantas etiā ipsas uiuiradi-  
ces faciēdū, quē sciliat pati hoc ualeant: alias apd ar-  
bores ipsas, ut oleas, piros, malos, ficus: alias exēptas,  
ut uiles: quippe cū iste apud parētē uiuiradices minime  
efficiā possint. Si autē plantae fibratæ, aut particula  
stipitis suffultæ, acapi nequeant, ut oleæ lignū subtus  
scindēdum, & lapide intericto serendū, pari modo  
& fici, & reliquarū. Scritur ficus, & si q̄s ramū ua-  
stiorē, exacutū pcutiat malleo, quo ad sup terram exi-  
guū relinquat, ac deinde arena supinecta operiat,  
easq; plantas meliores efficiā uolunt, quandiu nouellæ  
extāt. Vitis quoq; satio simulis cum palo scritur: palus  
enī ratione infirmitatis palmitē antecedit: scrunt hoc  
modo & punicā, & alias arbores. Ficus, si iuxta scyl-  
lā seratur, ocyus crescit, minūsq; à uermibus infesta-  
tur.

tur. Sūmatim omne scyllæ appositiū, facilius germinat, celeriusq; augescit. Quæ autē ex trūco, præcisāq; serā tur, deorsum uersus sectura inuersa serere oportet, nec palmo minora præcidere, ut retulimus, corticemq; minime detrahere. Seruntur autē ex his ramī, quibus germinantibus, terram semp̄ assidue accumulādum, quoad satis corroborētur: hic oleæ, myrtiūq; satus proprius est: Ceteri autē cōmunius omnibus cōpetunt. Ficus in radicando præcipua et satione qualibet maxime inter omnes arbores est. Punicas, myrtos, lauros, crebras serere, nō plus, q̄ nouenos pedes distātes, præcipiunt: malos distantiores paulo, piros amplius, et prunos: amygdalas, et ficos, multo amplius. Simili modo et punicā. Pro loci quoq; ratione interualla relin quēdū, in mōtanis enī minora, q̄ in campestribus: omnium autē, (ut sic dicā,) maximū, ut solum cōmodum, cōueniēsq; cuiq; tribuatur, Tunc enim precipue qđq; uiget. Ut autē absolute loquamur, oleæ, fico, uitiq; solū cāpestre maxime cōpetere statuunt: nucū autē, posmorūq; generi radīces mōtium. Nec inter ea, qbus genus cōmune est, solum accōmodandū ignorare oportet. Vitiū solo differētia maxime numerosa est. Quot enim genera telluris, totidē et uitium esse quidam affirmant. Quæ cum secundum naturam seruntur, frugifer e prodeunt, cum præter naturam, facile sterilescunt. Igitur hæc omnium quodāmodo cōmunia sunt.

**S**atus ex cultura palmarum: genera palmarum. Satio ceterarū arborum, cultus, et opa.

d iiii De fino,

De fimo, & simorū generibus. De puluere. Amygdalam ex amara dulcem fieri. Caput VIII.



Almarum autem satus, cultusque sequens, præter cæteros, peculiaris esse uidetur: Seruit enim ligna, quæ in fructibus insunt, bina iuxta, composita subter, binaque superne colligantes.

Omnia prona: germen enim non de supinis, cauisq; partibus mittunt, ut quidam uolunt, sed e supernis. Quapropter in eorum coniunctione, quæ superponuntur, minime est operiendum principia, unde germen. Plura autem simul seruntur, quoniā satio unius infirma est. Horum radices amplexu mutuo cōnectuntur: atque illico primi ortus promiscui coalescunt, ut unus ex cunctis caudex conficiatur. Satus ex seminibustalis fieri solet. Ex trunco autem palmæ ipsius, cum partem abstulerunt supernam, qua cerebrum includitur (auferunt autem cubitorum duorum longitudine) quam fissuris humore ipso detracto, defodiunt. Solum arenosum, saluginosumque concipit. Idcirco ubi tale non sit, agricolæ salem aspergunt. Quod quidem circum radices facere haud quaquā oportet, sed longius amandando accumulare quantum semisextarius. Quod talem appetat locum, illud quoque argumento capiunt: Nam ubi palmarum copia sit, huius arenosa concernitur: quippe apud Babylonem qua palme nascuntur, sic esse aiunt. Quin & in Africa, & Aegypto, & Phœnicio, Syria quoq; caue cognominatae,

cognominatae, tribus tantum in locis arenaeis eas gigni, que condi, reseruarique possint: reliquas autem, que ceteris in locis proueniunt, minime durare, sed protinus putrescere. Virides tamen suaves esse: gustuque; grates, atque ita consumi amant, & crebram rigationem. De fimo diuersa sententia est: Quidam enim has fimo delectari negant, sed abhorrire omnino statuunt. Alij usum fini concidunt, cremenatumque; magnum capere eo affirmant. Riuis tamen finum miseri oportere inquiunt: quemadmodum Rhodij faere solet. De hoc ita quærendum amplius est: forsitan enim alij hoc modo, alij illo colere consuevere. Et finum ipsum cum aqua utilē, sine aqua non esse contingit. Cum autem annuale sunt, eas transferunt, & salem adiiciunt, & bimas iterum transferunt. Etenim mutatione sedis uhemen tiſſime gaudent. Transferunt quidam Vere, sed Babylonij arca sydus. Ad summam pars maior eo tempore scrit, ut & proueniat, & crescat celerius. Nouellam minime tagunt, sed comas dunt taxat religant, ut processa assurgat, nec uirgæ torqueantur. Post hæc deputat, cumiam maius scula sit, & crassitudinē habeat, tanum uirgæ reliquunt, quantum magnitudo palmi: quandiu nouella sit, fructum nullo intus ligno producit: postea cum ligno quidam Syrios nullā adhibere culturā, sed purgare tantum, atque; irrorare affirmant. A quam saturientem, potius quam pluuiā eas querere aiunt. Talem autem in conualle, qua palmaria sunt, exuberare. Cōnūllem istam, per Arabiam usque ad rubrum tendere mare,

mare, Syrios affirmare, ac plerosq; qui inde uenissent, referunt. Eius itaq; cōuallis parte cauissima, palmas exoriri enarrant. Sed hæc utroque modo forsitan fieri possunt. Nā pro regionibus, sicut & arbores ipsæ uariant. Culturas quoq; inter se distare, haud pro absurdo intelligi debet. Genera autem palmarum plura. Primum enim & quasi discriminé maximo, quod aliud fructiferum, aliud sterile, quo Babylonij lectos, & uasa cōficiunt. Fructiferarum aliae mares, aliae fœmineæ. Interest autem, quod mas primum super spathā floret: Fœmina fructum oblongum ilico præstat. Frustrū ipsorum differentiæ plures, alij namque sine ligno intus, alij cū ligno: & alij duro ligno, alij molli. Colore quoque inter se discrepant: alij candidi, alij nigri, alij flavi: ad summam non pauciores, quam ficolorū colores, aut absolute genera statuunt. Ad hæc differre magnitudine figurāq; uolunt: quosdam enim in modū cē malorū, magnitudinēq; tātos, ut quatuor tātum in spicam teneantur, alios minutos ciērum magnitudine. Saporibus plurimū differre inquiūt, sed optimum tā inter nigros, quam inter cādidos, genus quod regiū uocant, cū magnitudine, tū uirtute, sed rarū id esse. Nā tantū fermè in ortis antiqui Batoni apud Babylonē cōperiri affirmat. In Cypro genus quoddā pecciliare palmarū est, cuius fructus nūquā maturescat, crudus tñ suavis apprime, dulcisq; est, dulædinēq; ipsa peculiarē fortitur. Quædam non fructu modo, uerum & arbore ipsa, longitudine, formāque reliqua distant. Nō enim

enīm magnae, excelsaeq; sed breues fœcūdiores, quam ceteræ, trimæ protinus fructificantes. Tales etiam in Cypro, in Syria quoq; Aegyptoq; palme proueniunt, quæ quadrimæ, aut cum plurimum quinquenes fructifificant, hominis altitudine assurgentes. Genus aliud est in Cypro, quod & foliū amplius habet, & fructum multo ampliorem, discriminēq; peculiari discretum, magnitudine mali punici, figura oblongum: nō tamen sapidum tanquam ceteræ, sed radicibus similem, ut non deuoretur, sed succo tantum expresso expuatur. Igitur palme, generibus (ut dictum est) pluribus constare. Recondit autem ex ijs fructibus, qui Syriae nascuntur, illos tantum posse, quos palmaria cōuallis parturit, narrat. Qui uero in Aegypto, & Cypro, & alibi gignuntur, hos recetes oēs consumū. Est autem palma, quoad simpliciter exprimi possit caudice uno, atque simplici corpore. Quædam tamen uel bifidae excunt, ut in Aegypto, quasi bifurce statura caudicis à parte, qua fnditur, uel quina cubita, parés que inter se se propere partes ipsæ assurgunt. In Creta quoq; plures bifidas prouenire affirmat, quas dā trifidas. In Læpea uel quino ærebro genus quoddā enasci tradunt. Fertilioribus itaq; locis plura eiusmodi, atq; in totū ḡna, differētiāsq; amplius facilitari cōfertaneū est. Genus aliud est, qđ plurimum gigni in Aethiopia fertur, Cyce uocatū, fruticosū nō uno caudice, sed pluribus: & interdū aliquatenus cōiēctis, uirga minime longa, sed cubitali tātū, leui tñ coma racumini adnexa, folio amplo, & quasi ex duobus nutis

nutis compacto, forma eximia fru: Etum figura, magnitudine, sapore que diuersum, quam ceterae prestant, quippe rotundiorum, gustuq; gratiore: sed minus dulcem. Triennio maturant, ut fructum ueterem habeant nouo subnascente. Panes quoque ex his conficiunt. De his igitur uel amplius considerasse oportet. Palmae autem, quas humiles uocant, genus aliud est, quasi & equi-  
uocæ dictum. Nam excepto cerebro uiuunt, & ab radiis succise repullulant. Fructu quoque, & folijs distant. Sunt enim lato, mollique folio: ob id sportulas, tegetes, & capitis umbracula eo contexunt. Quin & in Creta insula multæ, atque etiam multo plures in Sicilia tales proueniunt. Sed hec prolixius, quam proposita res exigeret, diximus. In cæterorum autem satu plantas in contrarium multi permuntant. Quanquam sint, qui referre nihil uelint, minimèque in genere uitium. Alij pampinum lasciuorem, & qui amplius fructum protegeret, ita exire, minùsque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in fico. Nā si in cōtrarium permutata feratur, fructum non amittere, scansilemque ita fieri censem: fructum præterea seruare, si quis, dū nasatur, caule statim defringat. Satus, generationeſque, quo pacto se habeant, dictum ferè est: prout scilicet formula, notaque subſignandi amplecti singula liuit. In cultu, & opera omnium alia cōmunia alia: singularum propria esse conſtat. Communia, foſſio, rigatio, ſtercoratio, item purgatio, & aridorum exemplio. Quanquam secundum plus, minùsue differant.

Aliæ

Aliæ nāq; magis firmū, & aquā diligūt, aliæ minus: &  
cypressus, quæ nullo pacto firmū, nec aquā cōcupiscit,  
sed etiā emori dicitur, si copiose nouella adaquetur. Pu-  
nica et uitis aquā diligūt. Ficus cū rigatur, magis germi-  
ne uiget, sed fructū deteriorē parit: præter, q; laconica,  
quæ riguis uehemē tīsime gaudet. Purgari omnia quæ-  
rūt, melioraq; reddūtur exemplis aridis, tāquam alie-  
nis, quæ tum incrementa, tum al. menta impediunt. Ob-  
id cum arbor annosa est, eam totam decidunt, germi-  
nare namque denuo incipit. Maxime purgatione, myr-  
tum, & oleā egere Androton autor est. Etenim quo  
pauciora reliqueris, melius germinant, fructumq; co-  
piosius præstant, uite exæpta. In hac enim plura relin-  
quere ad germinationem, quam ad fructificationem,  
satius est. Ad summam, & hec, & reliqua omnis cul-  
tura, pro natara cuiusque propria impendenda est. Fi-  
mo quoq; aerrimo, & rigatione copiosissima, ut &  
purgatione oleā, myrtū, punicāmq; egere Androton  
inquit. Necenim medullā eas habere, nec ullo morbo  
sub terra infestari. Sed cū arbor uetus est, ramos de-  
cidere, & trūcū deinde colere, tanq; denuo satū opor-  
tere. Sunt qui diuturnissimā & ualidissimā myrtū, &  
oleam esse affirmant. Hæc igitur præscrutari quispiā  
diligentius uelit. Et si non omnia, tamen, quod de me-  
dulla, putatur. Fimus autem nec pariter omnibus, nec  
idem omnibus, conueuit. Aliæ nanque acriorem uelle  
uidentur, aliæ minus acrem, aliæ penitus leuem. Aœ-  
rimus hominis est, ut & Chartodras, omnium optimū.

cum

eum esse assuerat. Secundum suillum. Tertiū capras  
rum. Quartū oviū. Quintū boū Sextū iumentorū. Si a  
pularius diuersus, diuersoque modo additur. Quidam  
enim illo debilitor, quidā efficacior est. Omnibus fossio-  
nē prodeesse existimāt, sicut etiā sarculationē minori-  
bus. Melius enim ita coalescere aiunt. Puluī quoq; ut  
nōnulla crescat uireatq; facere uidetur, ut uua. Quā-  
obrē inferius sepe excitāt, nōnulli ex ficos suffodiūt,  
ubi puluere opus sit. Megarēses etiā peponibus, cucu-  
meribus, atq; acurbitis, cū uentiā niuerfarij perflāt,  
puluere sarculo excitant, atq; ita duliores, molliorēsq;  
reddūt, absq; rigatione. Hoc igitur cōcessum indubie  
habetur. Sed uitē puluere conspargere, aut ullo pacto  
tangere, cum uua nigrescere incipit, haud quaquam  
oportere existimant. Sed si unquam ita agendum sit,  
cum nigra omnino reddetur, agendum censem. Alij  
neque tunc oportere aiunt, nisi quoad runcandum sit.  
De his ergo ambiguit. Si quid autē fructum non fert,  
sed se totū in germina uerit, partē caudicis infimam  
scindāt, atq; lapidē interponunt, utcūq; disiectū, itaq;  
fructificare posse assuerat. Pari modo ex si quā ra-  
dicis partē seaueris, fructū creatū iri. Quāobrē radia-  
es uitū summas, quū farmētis luxuriāt, euellūt. Fico-  
rū nō solū radiae amputat, uerū etiā obducto cinere,  
obstruūt, ex paſsim caudicē scindunt, itaq; fructū co-  
piosius dari affirmāt. Amygdale uel palo ferreo in-  
fixo, cū penetratū sit, alium quernum foramini facto  
adigunt, terrāq; occultat: qđ punire nōnulli uocitant,  
perinde

perinde, ac si arbor iniuria lasciuiret. Hoc idē & in piro fieri solet. Amygdalā uel ex amara dulcē effici uolunt, si quis caudice arcū fōsso, præterforatōque, mēsura dodrantali, undique lachrymam effluentē in idē defluere sinat. Sed hoc tam ad fructificandum, quād ad bene fructificandum conferre creditum est.

**C**Quæ fructus amittant antequam percoquant.  
De caprificatione. De cōditione flatuum. De culicis  
cibus sicarijs. De remedio ad culices.

C A P V T                            IX.



Ructum autē antequam coquāt, amittere possunt, amygdala, malus, punica, pirus. Omnium maxime ficus, & palma quibus uel auxiliū magnopere queritur, unde & caprificationē cōperta habetur. Nam ex pomis annexis culices e gredientes corrodunt, & peruia reddunt ficuum cacumina. Regiones quoq; ad iacturam fructuum differunt: quippe cū in Italia iacturā fieri negēt: quamobrē caprifiscandi usus terrae illius incolis nullus penitus est. Nec in aquilonis, & macrosis locis id desyderatur, ut in Phalico megarensis agri, & partibus quibusdam agri corinthij. Flatuum quoque conditio pari ratione referre uidetur. Aquilonijs enim potius q; australibus fructus decidunt, & si crebiores, uehementioresque fuere, maior iactura sequatur necesse est. Item natura ipsarū arborū refert. Præcoques enim amittunt, sero-

tine

tiae haud quaquam amittunt, ut laconica, & aliae  
quædam. Quamobrem eas caprificare minime affo-  
lent. Hæc igitur locis, generibus, cæliq; ratione discri-  
men recipiunt. Culices vero siarij, pomis caprifici  
egrediuntur, ut dictum est. Sed ex putrescentibus co-  
rundem granis gignuntur, atius indicium afferunt,  
quod postquam euolauerunt, grana siabus nulla peni-  
tus insunt. Euolant magna ex parte, pedem, aut pen-  
nam relinquentes in pomo. Est uel alterum culicum ge-  
nus, centinæ uocatum, quod ociose uiuit, que admodum  
fuci inter apes: & quos ex altero genere sua poma  
ingressos adspexerit, protinus necat: id uero suis mo-  
ritur operalis. Laudatur caprifici potissimum nigrae,  
ex locis ortæ saxosis: ob rationem, quod permulta istæ  
grana contineant. Noscitur, que apte culcibus emer-  
serint: quod rubrae, & uersicolores, & robustæ con-  
stant: contrà, que minus aptæ, albæ, imbecillesque cer-  
nuntur. Apponuntur ficis, que scilicet eam operâ de-  
hyderant, cum pluerit: ubi uero plurimus sit puluis, ibi  
plurimæ, ualidissimæq; caprificiæ exeunt. Quin & po-  
lium culices gignit, cum copiose fructificat. Et ulmis fo-  
liculis genus quoddam bestiolarum innascitur, quod cni-  
pes appellant: qui cum in ficis gignuntur, ficarios il-  
los culices deuorant. Huius remedium cancros statuunt  
alligandos: in eos enim uertere seculces inquiunt,  
sed ficis quidem auxilia istiusmodi comperta habetur.  
Palmis autem masularum coitum referunt. Hoc enim  
& perdurare, & maturescere fructus potest. Capri-  
ficationem

ficationem ob similitudinem quidā rem appellarunt,  
que sic fieri solet: Dum mascula floret, spatham  
abscindentes, qua flores emergunt, proti-  
nus, ut lanuginem, & florem, & puluerem  
continet, super fructum fœminæ decutia-  
unt. Illa sic eo aspersu afficitur, ut suos  
fructus nullo pacto amittat, sed cuna-  
ctos conseruet. Vnde fit, ut bisac-  
rio adumento mas esse fœminæ  
ualeat. Fructiferam enim fœ-  
minam uocant. Sed altere  
rum ueluti coitus:  
alterum ratio-  
ne alia con-  
tingit.



c

Theo-

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER TERTIVS.

**D**e genitu sylvestrium arborum.

CAPVT

I.



VONIAM de urbanis arboribus dictū est superiori uolumine: Nunc de sylvestri bus simili ratione indicare debemus: seu aliquid idē cum urbanis , diuersūm habebant , seu in totum sui generis existant. Ergo generatio-  
nes earum simplices quædam esse intelliguntur , om-  
nes enim semine , uel radice proueniunt : quod ita fit ,  
non quia uel aliter fieri nequeat , sed forsitan , quod  
serere quicquam nemo conetur . Namq; enasci potuis-  
sent , si locum idoneum , cultūmque congruum adipi-  
scerentur : quæ adinodum illæ , quæ lucos , aquasq; desy-  
derant , ceu platanus , salix , populus , ulmus . Hec enim  
omnia & similia , sata germinant , & celerrime , pul-  
cherrimeq; ex auulione . Quæ etiā , si quis prægrāde ,  
eāq; cum arbore se exæquantem transfilit , perdura-  
re optime potest . Harum maior sanè pars defixa quo-  
que seri nunquā recusat , ut populus tam alba , quam  
nigra . Igitur earum non solum semine , radiceq; gene-  
rationem , uerum etiam hanc assignare ualemus . Reli-  
quarum

quarum autem supradiete notantur, præterquam eam  
rum, quæ semine tantum prouenient ut abietis, pinii,  
piceæ. Quæ uero semen, fructumq; ferant, tā ex radi-  
ce, quām ex ijs ipsis prodire nimirū possūt. Nāq; eas,  
quæ steriles esse arbitrātur, generare quidā affirmāt,  
ut ulmū, salicem: argumētūq; expiunt, non solū, quod  
pleraque procul radiabūs suis erūpant, uerū etiā in  
contēplatu eorū, quæ interdū euenisſe notantur: ut in  
Phineo Arcadiæ, cū aqua quæ in plano obstrusis fau-  
cibus extumuit, demū erupisset, ubi propè à loco mū-  
dato salices steterant, hic anno secundo, solo resticca-  
to salices iterū surrexisse affirmāt: ubi autē ulni, ite-  
rū ulmos, & ubi pinastra, & abietes, ibidē pinastra,  
atque abietes: quasi istæ quoque illas emularentur.

**C** De salice quæ frugi perda dicitur, deq; platano  
quæ in tripode euenisſe narratur. Item aëre re-  
rum omnium semina habere, annūque inun-  
dationem semen afferre. Caput II.

 Aeterum salicē celeriter fructū, an-  
tequam in plenum crassetur, perco-  
quatürque dimittere aſſuerāt. Quā  
obrem Homerum haud improbe fru-  
giperdā hanc appellasse inquiūt. De  
ulmo uel illud indictum afferunt: Cum enim flatibus  
delatum semen in loca proxima fuerit, nasci arbo-  
rem aiunt. Itaque simile in his euenire perapitur, at-  
que in suffruticum, & herbarum nonnullis.

ij Quanuis

Quāmuis enim semen nullum conspectum habeant,  
sed aliae uelut lanuginem, aliae florem, ut thymum, ta-  
men ex his germen emittunt. Iam platanus quidē ma-  
nifestum semē producit, eoq; gignitur, quod tam ali-  
is, quām illo praeipue indicio constat: & enim in tri-  
pode æneo, platanus aliquando prouenisse narratur.  
Has igitur generationes sylvestrium statuendū, atque  
etiam spontaneas illas, quas uel naturæ interpre-  
tes reddunt. Anaxagoras enim aërem sc̄mina omni-  
um habere, quibus cum aqua una delatis omnia grā-  
gni asseuerauit. Diogenes ex aqua putrescente, mistu-  
ramque quandā cū terra capeſſente, plantas nasa exē-  
ſtimat. Cleodemus ex eisdē quidē atq; animalia, plātas  
quoque cōſtare putauit. Sed quanto ē turbidioribus,  
algentioribꝫ ſque, tanto amplius animaliū priuari cō-  
ſtantia, & natura. Quin & alij quidam de genera-  
tione referunt. Sed hæc à ſenu quodammodo remo-  
ta eſſe uidentur. Quædam uero confeffe, conspecte  
q; annotantur, ut cū amnis exundauerit, aut riuo di-  
gressus, aut tota unda effusus, ut Nessus in Abderē  
ſi agro alueum ſepenumero mutat: & ſimul ut muta-  
uerit tantum ſyluæ locis congenerat, ut intra trien-  
nium opaca undiq; reddat: rursus cū imbræ crebrio-  
res diuitiis occupauerint, nam his quoque genera-  
tiones plantarum fieri ſolent. Ergo amnium inundatio,  
ſemina, fructusque afferre uidentur, & aquæductus,  
herbacearum ſemina præbere credūtur. Imbræ autē  
cum hoc idem faciunt, & (ſemina enim ſecum plera-

que deferunt, itum etiam putredinem quandā aque,  
terræq; committunt: nam & ipsa terræ ægyptiæ mi-  
stura materiam quandam gignere uidetur. Nonnus  
quām, modò subegeris, mouerisq; solū, familiaria pro-  
tinus terræ illius emergant, ut in Creta insula cupres-  
si. Fit certe & in minoribus simile: Simul enim quæcū  
q; fuerint mota, herba exit. In seminade factis autem  
segetibus, si subnouētur, tribulū emergere aiune. 192  
tur hæ quidē mutationem consequuntur telluris, siue  
seminibus præiacentibus, siue etiam ipsa terra modo  
quodam affecta, preparataq; ad gignendum. Quod  
haud absurde forsitan credi potest, humoribus simul  
interclusis, quorum uis magna est: alibi autem uel ex  
pluuijs, peculiarem frequentiam syluae exortam prodi-  
dere, ut in Cyrena factō quodam pīeo, crassōque hu-  
more. Ita enim proxima sylua surrexit, nunquam ana-  
tea uisa. Laserpiā quoque, quod superiori tempore  
decrat, causa quadam eiusmodi extitisse tradūt. Mo-  
di igitur generationum huiusmodi, tales adnotantur.

**C**Differentiæ inter urbanas arbores, & sylue-  
stres: fructificatio arborū. Quid cultus, incul-  
tusque faciant. De ædro, & terebintho.

## Caput III.



Væque autem aut fructifera, aut steri-  
lia intelligantur necesse est, & aut  
ppetuo urētia, aut folia deperdētia,  
& aut florentia, aut flore carentia:  
quippe cū in omnibus, tam urbanis, q  
e iij sylvestribus.

Sylvestribus, publice quædam istæ diuisiones habentur: priuate autem sera fructificatio, atque corroboratio. Item copiosa fructificatio, prima species sylvestrii. Namq; serius fructus suos perficiunt, atque in totum florescunt, germinatque ferè semper serius. Naturaq; ualidiora sentiuntur, & plus fructus præmonstrant, minus uero maturat. Ni forte id et reliqua omnia facere soleant, quæq; cōmune genus sortiuntur, ut oleaster pirasterque, minus, quam olea, & pirus. Sic enim omnia, præterquam si quid inuētu rarū proueniat, ut in cornis, & sorbis: horū enim sylvestria urbanis maturiora, suauioraque tradunt: & si quid aliud culturam nō patitur, seu arbor, seu ex minoribus aliquid, ut laserpicii, capparis, & in leguminii genere lupini, quæ qdē uel natura esse sylvestria dixeris. Quod enim mitigari recusat, ut etiā inter animalia est, id natura sylvestre iudicādū appareat, quāquam Hippo sylvestre, urbanūq; esse unūquodque putat: & cultu quidē urbanū, in cultu reddi sylvestre, quod partim recte, partim nō recte putat. Etenim quodque neglectū degenerat, immutescitq;. Sed haud quodque cultum melius redditur, ut retulimus. Quapropter discernendum diligentius, & quædā sylvestria, quædā urbana dicēdum: ut animaliū, quæ nō nisi cum hominibus uiuunt, quæq; mansuescere possint. Sed hoc nil forsitan differt, utro tandem modo proponatur. Omne autem immutescens, tū fructu deterius, tum ipsum breuius, & folijs, & ramis, & coriicibus, & tota forma efficitur:

efficiatur: quippe spissiora, cōtortiora, durioraque, tā  
ipsa fieri solent, quam uniuersa natura, utpote cum  
ijs potissimum urbanorum, atque sylvestrium discri-  
men intelligatur. Quamobrem quæcūque ex mansue-  
fcentibus eiusmodi cōstent, hæc sylvestria nūcupātur,  
ceu pinus, et cupressus, aut in totū, aut mascula: quin  
etiam nux iuglans, atque castanea. Itē eo q̄ frigoris cu-  
pida, montanaq; potius sint. Etenim id quoq; ad arbo-  
rem, & summatim plantarū immansuetudinem assu-  
mi oportet, seu per se, seu etiam p̄ accidens. Verū sylve-  
strium determinatio, siue hunc in modum, siue aliter  
acāpi debeat, nil ad rē præsentē fortassis referat. Il-  
lud autem uerum, ut nota, absolutēque subsignemus,  
Sylvestria montana potius esse: Plurāque eorum locis  
eiusmodi magis uigere, nisi quis aquas concupiscen-  
tia, secūsque fluios degentia, & in lucos assura-  
gere solita accipiat. Hæc enim & similia campes-  
tribus potius connumerantur. Ceterum montibus  
quidem magnis, ut Parnaso, Cyllene, Olympo Peri-  
co, Mystoque, & si unquam locus aliis huiuscemo-  
di, nasci omnia certum est: scilicet ratione uarieta-  
tis locorum. Habent enim stagnantia, madentia, sicc-  
ea, crassa, saxosa, pratique, media omnia penē tela-  
luris discrimina. Ad hæc alia concava, atque tranquil-  
la: alia sublimia, & uenis exposita, ita ut permul-  
ta, & uaria gignere possint: quæq; planis proue-  
niunt, isti quoque præstare ualeant: nil tamen aba-  
surdum si q̄ ex montibus non & que omnia ferant, sed

• iij propria

propria quadam sylua, aut in totum, aut ex maiore parte scateant: ut in Creta insula circa agrum Idæum: cypressus enim ibi exuberat, et in Cicilia, Syria quæcedrus, nonnusquam Syriæ terebinthus. Fit enim proprietas ex locorum discrimine, sed proprium iam in uniuersum penè exposuimus,

**C**Que arbores non nisi montibus nascantur,  
quæqueq; perpetuo uireant. Caput IIII.



Montibus autem propria, que nasci in planis uequeunt Maædoniae abies, pinastrum, picea, aquifolia, tilia, caprinus, buxus, portulaca, taxus, juniperus, terebinthus, caprificus, philyca, aphærea, nux iuglans, castanea, ilex. Quæ uel in plana descendunt, tamarix, ulmus, populus, salix, cornus, alnus, robur, lacara, pirus, pomus, ostrya, celastrus, fraxinus, paliurus, spina acuta, acer, quam in monte caprinu, uel in plano gallicam uocant. Quæqueq; alij aliter distingunt, et genus diuersum aceris, et caprini faciunt. Omnia uero, quæ communia montibus, planisq; habentur, ampliora, uisuque pulchriora in planis proueniunt, sed usu meliora, tam materie, quam fructu in montibus: pirus, malisq; exceptis. Haec namq; planis præstantiores non solum fructu, uerum et materie inspectantur: quippe cum montibus breues, nodosæ, spinosæq; assurgant. Omnes autem etiam in montibus, cum adeptæ loca propria fuerint, et pulchriores certe proueniunt, et copiosius ferunt.

Sed

Sed (ut absolute, atq; simplici agâ ratione) quæ aquâ libus montium tractibus emigrât, primatum obtinêt; ex reliquis uero, quæ infimis, cauisq; præstantiores: omnium deterrime, quæ cacumine, nisi quid sua natura frigus admet. Sed hæ quoq; situ inter se dissimili dstant: qua de re postea dicendum. Nunc singula secundum predictas differentias diuidemus. Ergo inter sylvestria perpetuò uirent, quæ primo uolumine retulimus, abies, pinastru, picea agrestis, buxus, portulaca, taxus, iuniperus, terebinthus, aquifolia, apharæ, laurus, suber, quercus, ælastrus, spina acuta, ilex, tamarix. Reliqua omnia folia amittunt, præterquam si quid aliquo loco superfluat, quemadmodū de quercu, & platanu, que in Creta est, indicauimus, aut si quis omnino locus alimento exuberet. Fructum reliqua quidē omnia ferunt, de salice uero, & populo, & ulmo, (ut diximus) uaria sententia est.

**C**Differentiae quæ de locis proueniunt: tum de persica, & palma. CAPVT V.



Vidam, & populum solâ sterilem putat, ut Arcades, ceteras autem omnes, quæ mōtibus proueniunt, fructum parere. At uero in Creta, & populi nigræ cōplures fructificant. Vna apud adytū speluncæ Ideæ, qua munera deo dicat a conseruantur, altera parua ab ea proxima stat: & ultius duodecim plurimū stadia ad fontē quēdā Sauri dictū, plereq; sunt, & in monte proximo ab Ida, cui Cedrio nomen,

nomē: necnō & circa Tiresiam. In montibus alij ulmū tantum ex his fructifera aiunt, ut Maedones. Discri-  
men autem ad fœcunditatem, sterilitatemq; sumnum,  
uel locorū natura facere potest, ceu in persica, palmis-  
q; patescit. Persica enim in Aegypto, & locis proxi-  
mis fructificat, quanquam in Rhodo usque florem  
dumtaxat deuenit. Palma apud Babylonem fructum  
mirum in modum largitur. In Græcia uero ne fructū  
quidem maturat, apudq; nōnullos nec fructum ullum  
ostēdit. Simili modo etiā alia pleraq; huiusmodi per-  
cipiuntur: nā, & inter minora herbarum, ac reliquæ  
floris humilis, quædam in eadē contermina tellure fru-  
ctifera, quedam sterilia gignuntur, quæ admodum cē-  
taurium in Elio agro fœcundum, quod mōtuosis edia-  
tur: infœcundum, quod planis flosculo tantum gau-  
dens: quod cōcauis, ne floret quidē, nisi improbe. Ita-  
que, & reliquorum, quæ unigena constent, unāmque  
appellationē sortiātur, aliud fœcundū, aliud esse in-  
fœcundum uidetur, ut ilex, quedā fructifera, quæda  
sterilis, & alnus uero similiter: abe tamen florescunt.  
**D**e Sylvestriū arborum floribus. De germinatione.  
 De florum, fructuūq; prouetu. De galla. C A P. VI.



Ere autem omnes, quas inter unige-  
nas masculas uocant, steriles magna-  
uidebuntur ex parte, earumque alias  
abunde florere, alias parū, alias nul-  
lo pacto florere affirmant. Contraria-  
nt alias, mares tantum fructificare putantur, uerum  
è floribus

et floribus arbores generari, sicut ex earum fructibus, quae fructum parere possint, atque spissum adeo exortum factitari interdum utrinque, ut nisi facta semitas, nullus transitus sit. Quin et de floribus quarundam sententia uaria est, ut retulimus: quidam enim robur, et nucē auellanam, et castaneam florere existimant, itē pinū, et piceam: alijs nullam earum, sed uilium nucis, et nuscum roboris, et nucamētum pīce proportione grossis præciduis respōdere existimāt. At Maedonie incolæ ne illas quidē florere arbitrantur, iuniperum, scissimam agrestē, acerē: nonnulli binas iuniperos esse dicunt, et alteram florere quidē, sed frumentum nō ferre: alteram nō florere, sed protinus fructū ostendere, ut ficos, poma præcidua. Itaq; penē fieri, ut sola hæc arbor fructū in biennium habeat: de his igitur amplius cogitandū. Germinatio uero alijs simul, atq; urbanis, alijs mox, alijs iam tardius, omnibus ærte tēpore uerno, sed fructū diuersitas numerosior est, quod uel antea diximus. Nō enim maturitates pro germinationum ratione sequuntur, sed plurimum interest: nam et earum, quae serius fructificant, quas nonnulli anno redere uolunt, ut iuniperi, ut ilicis germinationes in uero proueniunt. Vni genere autē ipsæ pro locorum natura, prepostero inter se discrepant. Etenim quæ paludibus astant, prime germinat, ut Maedones uolunt: secundæ, quæ planis, nouissime, quæ motibus. Ipsarum aut singularum arborum, aliæ cum urbanis germinare incipiunt, ut potulara, apharea, pirus: post urbanā paulo, aliae

aliæ ante fauoniū, & statim post afflatus fauonij. An-  
te fauonium cornus, tam mas, quam fœmina: post fa-  
uonium, laurus, alnus: paulo ante æquinoctium, tilia, ca-  
prinus, fagus, ficus. Quin & nux iuglās, quercus, sam-  
bucus mature germinant, atque etiam magis, quæ steri-  
les, lucos &c sunt, populus, ulmus, falix: paulo ab his  
serius platanus. Reliquæ inēūte uere, ut caprificus, phi-  
lyca, spina acuta, paliurius, terebinthus, nux iuglans,  
castanea. Serotino germine malus est, tardissimo ferè  
omniū suber, aria, quadratoria, thuia, taxus: germina-  
tiones ita se habent. Florum prouentus (ut ita loquar)  
pro ratione germinationis sequuntur: Differūt tamē,  
multoque magis fructus confectio uariat: quippe cor-  
nus ferè arca æstiuæ solstitia reddit, præcox scilicet: nā  
serotina, quam quidam fœminam dicunt, post ipsum  
autumnū fructificat, huic fructus ingustabilis: lignū  
infirmum, fungosumq;: tanta est inter ambas differen-  
tia, cum mari firmissimum sit. Terebinthus circa triti-  
ci messem, ait paulo serius semen reddit: fraxinus, at-  
que acer, & stata: alnus, nux iuglans, pirorumq; genus  
quoddam, autumnō: robur, & castanea serius, nā cir-  
ca Vergiliarum octauum: eodem modo & philycæ, &  
ilex, & paliurus, & spina acuta, post octauum Vergi-  
liarū. Aria hyemus initio: malus primis frigoribus, pi-  
rus serotina est: quippe que hyeme sua perficit poma:  
potulaca, & apharea fructum primum, cum uua dul-  
cescit, maturant: posteriorem, cum floret, bis enim iste  
fructifera hyeme incunte uidentur. Abies, & taxus,  
paulo

paulo ante solstitium florent. Est abietis flos croci co-  
lore, aliásque pulcher: fructum post uergiliarum oca-  
sum dimitunt. Pinaster, & picea paulo germinatio-  
ne praeueniunt, diebus scilicet circiter quindecim, post  
uergilia: iste quoque ratione uidelicet reddūt, sed ha-  
mediocrius. Omnium autem tardissime iuniperus, ce-  
lastrus, iléxque, suos fructus perficiunt. Iuniperus  
enim anniculum habere uidetur, quippe cum nouis an-  
ni exacti fructum occupet: uicq; aliqui uolunt, nec ma-  
turari solet, quapropter decerpitur, & aliquantum tē-  
poris reseruatur. Quòd si in arbore relinquatur, mar-  
œscit. Illicem quoque semen anno perficere Arcades  
aiunt: simul enim fructum antecedentem maturat, &  
nouum demonstrat. Quamobrem in his euenit, ut assi-  
due fructum habeant. Celastrus quoque ob hyemē fru-  
ctum amittere proditur, serotina admodum, & tilia,  
& buxus. Fructum ingustabilem cunctis animalibus tū-  
lia, cornus fœmina buxusq; gignunt. Quin & edera,  
iuniperus, pinus, potula & serotinae habentur. At uero  
(ut Arcades uolunt) & in his, & omnibus ferè serio-  
res quadravria, thuia, taxus. Fructuū iacturæ maturi-  
tatesq; sylvestrium arborum tales differentias sortiu-  
tur, non solum si ad urbanas spectantur, uerum etiam,  
si inter se ipsas conferuntur. Euenit autem, ut cum pri-  
mum incepint, reliqua germinationem continuene:  
pinus uero, abies, roburq; intermittent, tērque turges-  
ant, ternāque germina edant. Ideo & ter squamoso-  
dicuntur: omnis enim arbor cū germinat squamas cor-  
ticum

ticū sp̄. argit. Fit germinatio prima statim mēse februa-  
rio incun̄te, quanq; in Ida mōte die maxime 15. mensis  
eiusdē. Tū cirāter triginta intermissis diebus, aut pau-  
lo pluribus iterū germinare incip̄t, ab extremo sur-  
culi, usq; proximū germinis antecedētis. Et quædā sur-  
sum, quædā in latera circū quaq; emittunt, ueluti genicu-  
lo factō, surculo primi germinis: quo modo, scilicet ex  
prima fieri germinatio solet, idq; agitur arca mātiū  
desinentē. Huius germinationis tēpore galla quoq; o-  
mnis gignitur, tā nigra, quām cādida: nascitur magna  
ex parte noctu uniuersa. Inq; diē auēta, excepta resina  
cea, si ab æstu occupetur, inare sāt, augeriq; à plius nea-  
quit: aliās enim magnitudine àpliore grādesceret, qua-  
de causa, eorū aliquæ nō maiores fabis euadūt: nigra  
uero pluribus diebus uiret, & magnitudinē mali nō  
nullæ capessunt. Postea diebus cirāter qui decim inter-  
missis, rursum germina tertio mittunt mense Aprili,  
diebus lōge paucioribus quām prius, forteque id sex,  
aut septē diebus summum absoluitur. Sed germinatio  
similis, eodēmq; modo efficitur Quò cū uētum sit, nō  
amplius in lōgitudinē, sed in crāssitudinē, incrementa  
uertuntur. Omnia itaque arborum germinationes  
cōspicue, sed abietis, piniq; maxime, quoniam genicu-  
la in uersus rectos porrigātur, ramiq; cōditi ex æquo  
spectentur. Ad materiam quoque cädendam tempus  
nunc potissimum intelligitur, propter amplitudinem  
corticis. Ceteris enim temporibus cortex facile detra-  
hi nequit, detractōque nigrescit materies, aspectuque  
deformior

deformior redditur: nam ad usum quidem non refert,  
quini immo robustior est, si post fructuum maturitatem  
cædatur. Hæc prædictorum fructuum propria.

**G**erminationes in arcturo. Quid amētum, &  
iulus auellanæ. Qui auctus faciles, & difficiles.  
De radicibus sylvestris. CAPVT VII.

 Erminationes autem, quæ ad ortum  
arcturi post uernum fieri solent, omni-  
bus ferè communes esse putantur,  
manifestiores tamen in urbanis, atque  
earū præcipue, fico, uiti, punice. De-  
nique omnibus, quæ uberior coalescunt, & ubi tellus  
pinguis, lœtaq; sit: ob id eam, quæ sub arcturum fieri  
solent, plurimam in Thessalia, Macedoniāque fieri dia-  
cunt. Simil enim contingit, ut etiam autumnus placie-  
dus, longiusque sit. Ita & cæli quoque profit molli-  
ties. Nam & in Aegypto ea de causa, semper ferè ar-  
bores germinant, aut ærte parum temporis intermit-  
tunt. Sed germinationes (ut diximus) cōmunes omnii-  
sunt, intermissiones autem, prædictorum tantum esse  
intelliguntur: proprium uero nō nullis, & qđ amētum  
appellat, scilicet prædictis: habet enim, & abies, &  
pinus, & robur: ac etiā tilia, nux iuglās, castanea, pi-  
cea. Id robori ante germinationē uerni tēporis initio  
gignitur: fit ueluti foliorum cōceptus inter antecedentē  
obstructionem, & sequentem exortum, medius. At ex  
proprietate autumni postquam folia decidere pecu-  
liari

liaria eius cōfestim gignuntur, quasi grauida intume-  
scat, ut germina pariat, duretq; per hyemem usque ad  
uer. Nuci auellanae, postquam fructus decidit, racema-  
tum quiddam, uermis prægrandis, magnitudine singu-  
lari, pediculo pingue, emergit: quod nonnulli iulum  
appellant. Hoc ex minutulis squamis innumeris ordi-  
ne nucis pineæ constat, ut speciem non absimilem nuci  
pineæ nouelle, ac uiridi gerat, nisi quod oblongius, &  
per totum ferè pariter crassum tendat. Hyeme hoc au-  
getur: in eunte uere dehiscit, & squamata illa flave-  
scunt, & in longitudinem uel triplicarem increscunt.  
Cum autē Vero folium existit, ista decidunt, & nucis  
calicalacea tegmina totidem quot flores super pedicu-  
lum contracta gignuntur, eorumque singulis nuces  
singule insunt. De tilia, & an quicquam aliud amens-  
tiferum sit, cogitandum. Sunt præterea quedam auctu  
faciles, quedam difficiles: faciles, quæ apud aquas as-  
surgunt, ut ulmus, platanus, populus, salix: quamquam  
de hac nonnulli abigunt, utpote difficiili auctu, & è fru-  
ti feris, abies, pinus, robur: omnium facillima taxus, la-  
cara, fagus, iuniperus, aœr, caprinus, ostrya, fraxinus,  
alnus, picea, potulaca, cornus, buxus, pirus. Fructifi-  
cant protinus, abies, pirus, picea: etiā si in quālibet  
magnitudinis creuerint. Auctio uero, ac germinatio  
reliquis inæcta est tum modo, tum germine. Sed abieti  
certa, & continua, atque præpostera. Cum enim pri-  
num scissum de caudice fuerit, rursus de eo alterum  
finditur, idq; assidue facilitatur, post quenque germis  
nationis

nationis superuentum: at ceteris ne rami quidem aduerso conditi inter se constant, paucis quibusdam exceptis. Illud quoque differentiae incrementum communiter omnium pariter urbanarum, atque sylvestri um habere uidetur: quædam enim ex cacumine, et latere germinat, ut pirus, punica, ficus, myrius pars fermè maxima: quædam non cacumine, sed latere tantum, et ipsum, quod præsit, propellitur, sicut etiam caudex totus, ramique prægrandes augeri consueunt. Fit hoc in nuce iuglande, et auellana, et quibusdam alijs, quarum omnium germina in foliū unū finiuntur. Qua de causa ratione optima nullum ger men superuenit, quo crescere possint, cum desit augendi principium. Frumentis quoque incrementum quodammodo simile: hæc enim protrusu corporis sui præsentis assidue crescunt, etiam si folijs diminuantur, ut in depastis segetibus patefecit: nec de latere qc quam emittunt, ut legumina aliqua faciunt. Igitur hoc pro germinationis, simulque auctiōnis differentia capi potest. Sylvestria uero alta esse radice quidam negarunt, quod semine omnia proueniant, sed non recte. Nam fieri potest, ut cum diutius uixerunt, radices procul demittant: nam et olerum plura hoc idem faciunt, licet hæc imbeciliora sint, atque indubie semine terræ summisso orientur. Omnia itaque sylvestris um alta radice descendere ilex uidetur: abies, pinusque modica: thraupalus, et prunus, et spodias, que uelui sylvestris prunus habetur, superficie ui-

f uaciōres.

uaciōres, sed hæ uel paucis adhærēt radicibus. Thra-  
palus autem multis. Et accidi: ceteris, quæ nō in pro-  
fundum radicem agunt, præcipueq; abieti, pinoq; que,  
ut radicitus flatu euertantur. Arcades ita referunt.  
Idæi abietem altius, quām robur radice descendere  
uolunt, uerum simpliciore, meatuq; rectiori: prunū  
que, nucēmque auellanam, altissimam radicem habe-  
re inquiunt. Sed auellanam tenuem, atque robustam,  
prunum numerosam. Ambæ tamen diutius uiuant  
opus esse: prunum etiam emori contumacem refe-  
runt. Acerem superficie aliquatenus gaudere. Fra-  
xinum numerosiorem, densam, altāmque sortiri. Iu-  
niperum quoque, cedriūmque, per summa inniti,  
et alnum tenuem agere. Item scissimam: nam  
ea quoque summotenus, paucisq; radicibus  
degit. Sorbo radix per summa cespitum,  
sed ualida, crassa, moriq; contumax,  
multiplex tamen modice. Hæc al-  
ta radice descendere, superfi-  
cie que gaudere nota-  
tur.:

**T**Quid quibus caudice præciso contingat. Cra-  
teres ex eo, quod abietis circuagiationem uo-  
cant. De multiplicitate fructuum eiusdem ar-  
boris. De ulno, et galla duplicitate.

CAPUT

VIII.

Caudice



Audice præciso, reliquæ quidem omnes pene recrescum, nisi radices antea morbo infestatae fuere: pinus uero, & abies radiatus omnino, anno eodem inarescunt, etiam deciso cœmine. Euenit peculiare quiddam abieti: cum enim præcisa, uel aliquo pacto diminuta afflata fuerit, circa lauem partem sui caudicis (habet enim quadam tenuis leuem, enodem, similem, ac etiam æquiperandam nauiculae) mox circumnascitur paulo excelsitate inferius, quod quidam circumauctionem, alij circumagationem appellant, colore nigrum, duritia ultra modum, ex quo crateres Arcades conficiunt. Crassitudine talis, qualem arborem esse contigerit, quo scilicet robustior, uergetiorque, uel plenior, eò crassior. Illud quoque peculiare hac eadem in re abieti accedit: cum enim ramis omnibus ablatis, cœmen decideris, mox emoritur: cum uero inferiora proxima laui illi parti præcideris, quod restat, uiuit, & agnatio, quam modo dixi, circum id fieri assolet: scilicet quia uegetius, ac uiridius est. Siquidem è lateare, nunquam recrescit, neque ab imis plantigera abies surgit. Sed enim proprium id abietis est. Ferunt reliquæ sui generis fructum, & quæ annuatim renascuntur, illa folium, florem, germen: nonnullæ etiam muscum, aut claviculam. Quibusdam datum à natura est, ut plura producant. Ulmus enim uinas affert, & folliculos quosdam. Ficus grossos præciduos,

Et caprificos, si quæ inter ficos caprificare consuevere, ni forte pro genere fructuum hæc cepisse oporteat. Nux auellana iulum callo compactili, Ilex grossum puniceum, Laurus uiam, et fructifera, quam non omnis, sed genus quoddam: uerum sterilis copiosius, quam masculam nonnulli appellant, plus nucamentum præsiduum. Robur omnium copiosissime, præter fructum, alia gignit. Nam gallam paruulam, atque alteram resinosam, et nigratquin, et aliud specie ueluti morum, sed durum, et fractu admodum difficile. Id tamen rarum. Ad hæc aliud effigiem colis representans. Cum uero perficitur, durum quid parte emicante, et perforatum, et tauri caput quodammodo æmulans profert, quod præruptum, nuclei oleæ speciem intus ostendit. Fert et quod quidam pilum appellant. Id pilula est comagerens lanaceam, mollem, nucleo durior, qua in lucernarum luminibus utuntur. Flagrat etenim probe, ut galla nigra. Fert et alteram comigeram pilulam, cæterum quidem inutilem, uerno autem tempore, succo mellegeno insufficientem tum tactu, tum gustatu, inq; ramorum alis pilulam aliam gignit sine pediculo, concavoque sessilem, peculiarem certe, uersicolorēmque. Nam eminentes quosdam umbilicos candicantes, uel passim uariantes nigris maculis habent. Partem medianam grani tinctura infectam, splendidamque ostendit, aperta, nigra, et putreans cernitur. Lapillum quoque puniceum magna

ex parte gignit, quanquam rarò. Item aliam eo ratiorem pilulam è folijs conuolutam, compressam, atque oblongam. Super folijs uero tergo adhaerentem pilulam fert candidam, aquosam, dum tenera est: hæc etiam muscas interdum intus continet, ueniensque ad incrementum iustum, in modum leuis paruula galæ indurescit. Robur tot, præter fructum producit.

**Fungi è robore.** Viscum: humor melleus. Mas & fœmina in arboribus. De fago. De roboris generibus. Differentiae in glandibus. De cerro. De gallis.

## Caput IX.



Vngos enim omitto, qui è radicibus, & iuxta radices erumpunt: communes enim eos cum cæteris habent arboribus: quinetiam uiscū taceo, quippe cum in alijs quoque proueniat, sed nihilominus (ut dictum est) ferax hæc arbos habetur plurimarum. Sin autem, autore Hesiodo, melia, apesque ferat, magis quoque illud confirmatur. Ergo nascitur uel hic melleus humor cœlo cadēs, nec alijs magis insidens frondibus. Quin & cremati roboris nitrosum cinerem esse affirmant. Hæc roboris propria. Arborum uniuersarum, ut dictum est, quo ad genera sigillatim accipi possint, plures sanè differentiae intelliguntur, publica tamen, qua fœmina, masq; distinguuntur. Quorum alterum fructifera

fij rum,

rum, alterum sterile in alijs est : ubi uero ambo fructifera, fructum meliorem fœmina prestat, nisi forte mares eas libeat uocitari. sunt enim, qui ita uocant. Proxima huic differentia, qua urbanum à sylvestri discernitur. Aliæ uero per species unigenereū ipsorum redduntur, de quibus nunc indicare debemus : proprias quoque formas simul persequendo illarum, quæ minus conspectæ, notæque habentur. Roboris genera id enim potissimum dividunt, & quidam obiter, aliud urbanum, aliud sylvestre appellant: non dulcedine fructus distinguendo, nam dulcissimus fago, quam reddunt sylvestrem, sed quoniam cultis magis proueniat, lignumque leuius habeat. Fagus autem scabra, montuosisque nascens. Ergo genera, aliij quaterna, aliij quina assignant. Cæterum nonnulla nomine discrepant. Ut eam, quæ glandem dulcissimam fert, aliij quercum, aliij placidam uocant. Quod idem etiam in cæteris faciunt. At ut Idæ dividere consuevere, genera hec roboris habentur: plena, cerrus, latifolia, fagus, salsicortex, quam alijs recticorticem uocant, omnia fructifera: sed dulcissima glans fago, uti retulimus: secunda placida, tercia latifolia, quarta salsicortici, ultima & amarisima cerro: sed non singulis cuiusque generis dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi uidere licet. Distant etiam magnitudine, figura, color que glandium. Peculiare fago, & salsicortici, quod ambae in genere dicto uirili, glandes parte postre-

ma utrinque lapidescunt, alijs in putamine, alijs in carne ipsa, ideoque detractis lapillis, concava perinde, atque in animalidus relinquuntur. Folio quoque, caudice, materie, totaque specie distant: namque placida non erecta, nec laevis, nec excelsa est: quippe, quae corpore in orbem comoso, contorto, sinuosoque stet, ut nodosa, alosaque assurgat: materies robusta, uerum infirmior, quam fago. Hec enim robustissima, putredinique nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quamquam minus torta, quam quercus: caudice uero crassissimo constat, ut tota quoque breuis species reddatur. Nam eius etiam corpus in orbem comosum, minimaque erectum est. Cerrus rectissima, excelsissima, laevisissima & materie per longitudinem robustissima, nunquam in cultis, aut rarenter nascens. Latifolia secunda tum rectitudine, tum excelsitate, at ad ædificiorum usus post salsicorticem deterrima. Ad cremandum quoque, carbonemque faciendum uitijs obnoxia, sicut & salsicortex: quin & maxime, post illam tam putrescit. Salsicortex enim crasso quidem caudice, sed fungoso, & cauato, si crassus sit magna ex parte cernitur. Quapropter ædificijs minus hec utilis habetur. Item breui putrescit, quod ex natura eius arboris accidit. Qua de causa concava, & inanis redditur. Sunt qui, & corde hanc solam casare uolunt, & fulmine solam iaci, quamvis non altitude excellat. Acolum quidam nec ad sacrificia

lignis eius utuntur. Hæc pro materiæ uniuersæ speciæ ei modo discrimina intelliguntur. Gallas singula ferunt genera, sed quercus tatum ad coria utilis, cerri, latifoliæ, uisu quidem haud absimilis queruæ, nisi quod levior, sed ad rem nullam utilis: fert & alteram, nigram, qua lanæ inficiuntur. Quod autem penem quidam appellant branchijs simile cerrus sola producit, canum, mucosumque cubitali longitudine pèdens, censu illius lintei prolixus: nascitur id è cortice, non è surculo, unde glans: nec è gemma, sed à latere supernorum nodorum. At uero salsicortex id nigricans, pusillumque gignit. Idæi hunc in modum distinguere solent.

**C**Alia glandiferarum distinctio. Quæ arbor improba ad carbonem faciendum. De pinorū generibus. De picea, abiete, taxo, ostra, tilia: deq; flore, & fructu tiliæ. Caput X.



Acedones quaterna genera faciunt: Veri querum, quæ glandem dulcem producit: æsculum, quæ amaram: fagum, quæ rotundam: cerrum, quæ alij sterilem dicunt, alij fructum uitiatum adeò ferre, ut cum animalium nullum mandere possit, preterquam sues: & hos, cum aliam nullam habent, magnaque ex parte caput tentari. Materies quoque improba, & laborata quidem, omnino inutilis: rumpitur enim, & cadit: rudis autem melior, ob id sic ea utuntur. Improba etiam ad cremandum,

¶ ad

Et ad carbonem faciendum: quippe cum carbo eius omni-  
 nino inutilis, quod transiliat scintillētque prætere-  
 quam in ærarijs officinis. His enim utilior cæteris hic  
 habetur. Quod enim flatu desinente protinus extin-  
 guatur, paucus absungi potest. Salsicorticis materies ad  
 axes, similiaque tantum commoda est: roboris genera  
 hæc assignat. Sed cæterarum pauciora sanè adnotant.  
 Partemque serè plurimam mare, ac foemina discer-  
 nunt, ut indicauimus: præterquam in paucis, inter,  
 quæ et pinus habita est. Pinorum enim aliam urba-  
 nam, aliam sylvestrem assignant. Sylvestris binum sta-  
 tuunt genus: quorum alterum idæam, alterum mariti-  
 mam uocant. Harum rectior, celsior, materiæque cras-  
 sior idæa: folio tenuiori, mœbealliori; maritima, et  
 cortice leuiori, utili; ad coria, quod alteri minus. Nux  
 maritimæ rotunda, breui; debiscens: idæa oblongior,  
 uiridis: minusque hiscens, tanquam sylvestrior: lignum  
 maritimæ ualidius, nam eas quoque terrenorum diffe-  
 rentias sumi par est: haud enim incognitæ sunt usus  
 causa, idæa ramosior crassiore; stat, ut retulimus. Ad  
 hæc piæ ipsa omnino copiosius præbet. Pix nigrior,  
 dulcior, tenuior, odoratu; gravior sentitur, dum cruda  
 est. Deocta uero deterior euadit: quoniam multum  
 habeat serum. Sed quæ isti nominibus proprijs distin-  
 gunt, alijs mare, foeminaque diuidere solent. Maædo-  
 nes uero etiam genus quoddam pini sterilem dicunt,  
 et marem breuiorë, foliisque duriorë: foemina pro-  
 cætiorem, folijs pingue, molle, procliviorēmque. Ma-

ri lignum circuncincta medulla durum, et operi fa-  
brili uersuale. Fœminæ tractatu omnino facile, atque  
mollius. Quod quidē omnium ferè marium, fœmina-  
rumque publica differentia est, ut cæsores materiæ as-  
seuerant. Quippe omnis mas securi breuior, et con-  
tortior operiq; difficilior est, colorēque nigror. Fœ-  
mina proærior, atque facilior. Nam et quod ægidem  
appellant, pinus fœmina gignit. Id autem est cor eius.  
Ratio, quod minus pinosa, minusque teda ingerēs,  
et leuior, cursuque uenarum probior est. Fit in arbo-  
ribus magnis, cum prostratæ parte candida, et circa-  
nante putruerint. His enim detractis, medullæ relictae  
securis adigitur. Est decolor omnino, neruoque tenui  
compacta, quam Idei tedarij sicut appellant. Quod  
uero pinis subnascitur, colore teda rubidius mari-  
bus potius inest, odoris grauissimā, nec teda redon-  
lens, nec flagrans, sed ab igne dissipiliens. Igitur ges-  
nera pini hæc assignant, urbanum, atque sylvestre:  
Sylvestrisque marem, et fœminam, ac tertiam steri-  
alem. At Arcadiæ incole, nec sterilem. nec urbanam  
pinum appellant, sed piceam. Etenim caudicē eviden-  
tiorem esse piceæ, utpote, qui gracilitate nō careat, et  
operibus ipsam materiā inceptā. Nam pinu materies, et  
crassior, et leuior, et exælsior est. Folia quoq; pinū  
multa, pinguia, alta, flexaq; habere. Picea autē etiam  
coniferā ipsam, pauca, squalidiora, horrētoraq;. Picea  
item evidentiorem: paucam enim, atque amaram, ut  
etiam coniferam. Pino autem copiosam, boniq; odo-  
ris.

ris. Nascitur picea in Arcadia pauca, sed circa Eliam agrū multa. Igitur in genere toto, discrepare uidetur. Picea uero ea quoque ratione distare à pino uidetur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine minor, erectaque minus assurgit. Præterea, quod conum minorem, horridioremque nucleum, resina rosadiorem ferat. Ambabus folia capillata, & materies candidior, similiorque abieti, atque in totum minus pinosa. Magnam & hanc ad pinum differentiam habet. Pinum enim adustis radibus nunquam regerminare, piceam regerminare quidem affirmant, ut in Lesbo accidit incenso monte Pyrrhæo, qui piceis scatet. Morbum pinis accidere tales Idei incolæ narrant: cum non solum cor, sed etiam pars externa caudicis intercedam transuerit, tunc strangulari quodammodo, quod sponte accidit ubertate arboris largissima, quo ad, quis coniectare possit. Teda enim totum efficitur. Ergo haec pini propria affectio est. Abies quedam mascula, quedam foemina est. Distant inter se folijs. Mari enim acutiora, magisq; pungentia, flexaque magis. Quamobrem aspectu crissipior tota arbor uidetur: quin & materia differunt. Nam foeminae candidior, mollior, operibusque facilior, atque totus canex procerior. Mari autem uariation, latior, durior: medulla refertior, atque in totum aspectu deterior. Nuci maris pauci nuclei parte priore insunt. Foeminae nulli omnino, ut Macedones referunt. Foliū pinatum, atque in angustius tendens, ut tota species concatenatum

meratū sanè imitetur. Similēq; potissimum cyathis Bœocorum appareat, densum ideo est, ut nec niuem, nec imbrem transmittat: in summam arbos forma decora est, quippe germinatio quedam peculiaris nunc præter alias agitur (ut retulimus) solaque ordinem seruat. Est magnitudine exælsa, longeque pino procerior. Distat etiam ligno, non paulum. Nam abieti neruosum, molle, leueque: pino autem tedaœum, pôderosum, atque carnosius. Nodi plures pino, sed duriores abieti. Quin & reliquis omnibus ferè duriores, quamquām mollius lignum est. Ad summam nodi densissimi, solidissimi, patetiorésque abieti, atque pino: coloréque teda proximū, & maxime sui generis: pinoque magis, quam abieti. Habet ut pinus ægidē, ita abies album, dictum lusson, ueluti ægidi respondens, nisi quod id habet album. Aegis uero gratius colorata est, quoniam teda gerit. Spissum hoc & candidum, pulchrūmque, ex arborebus iam uetusioribus gignitur, sed frugi, inuentuarū, uile, copiosum. Faciunt ex eo tabellas pictorias, atque codicillos plures, lautiorésque, & materie præstantiores. Arcades abo ægidē uocitant tam pini, quam abietis, & copiosorem esse abietis uolunt, sed meliorem pini. Abietis enim totam cōmodam, leuem, spissamque: pini uero exiguum, & crisiorem, robustorem, in totumque meliorem. Sed hi nomine inter se dissentire uidentur. Abies uero differentijs illis à pino distinguitur, ac etiam circū auctione, siue agnatione, quam superius diximus. Scissima nullas penitus differentias

rentias habet, sed ferè equiparatur abieti. Simplex generere est, erecta, leuis, enodis, crassitudine, altitudineq; equalis fermè abieti. Quin, & cætera non absimilis est, lignum coloratum, robustum, neruatumq; , cortex leuis, folium crassum, bifidum, oblongius, quam piro, extremo aculeatum: radices, nec multæ, nec alte desændentes: fructus leuis, glandeus in calice echinata: placida tamen, & leui, nō hispida, ut castaneæ, similis tamen illi dulædine, atque succo. Nascitur etiam montibus candida materie, quæ ad multa perutilis: et enim ad carpenta, lectos, subsellia, mensas, nauigiaque: campestris nigra, & ad hæc minus utilis: fructum tamen similem ferunt. Taxus quoque generare simplex, proæra, auctu insignis, similisq; abieti, nisi q; nō pariter excelsa, magisq; alis sinuata est. Foliо quoque abieti similis, sed pinguior, mollioriq; ligno. Quæ in Arcadia nascitur, nigro, aut puniceo constat: quæ autem in Ida, flavo, & cedro simili, propter quod uendentes fraudare dicuntur: tanquam cedrum uenundēt. Totum enim cor esse corticæ detracto. Corticem similem cedro habere, tum scabricia, tum colore: radices breues, graciles, per summaque cespitem: rara hæc circa Idam. At in Macedonia, Arcadiaq;, uel fructum abunde proferre, rotundum, faba paulo maiorem, colore ruffum, tactu mollem aiunt: quod si iumenta foliā comedent, emoriuntur: si ruminantia, nihil patiuntur: fructus & ab aliquibus hominibus mandatur, suauisque est, atque innoxius. Est & ostrys species

cies simplex: quam nōnulli ostryā uocāt: tā corpore,  
quam corticē scissimā uiāna , folio pīri , præterquam  
quōd id multo oblōgius, inque acutū de pressius, atque  
maius, neruo multiplici de medio cōstans. Reliquis aut̄  
rectis in modū costarū tum prolixius, tum crassius por-  
rectis: item per neruos rugatū, & ambitu leuiter ser-  
ratum: materies dura, decolor, exalbida: fructus pusile  
lus, oblōgus, ordeo similis, colore flauus: radices sub-  
limes: aquas cōuallēsq; arbor hec gestit. Domū inferri  
minime idoneā tradūt: quippe mortiferā esse, & para-  
tus quacunq; fuerit, difficiles reddere. Tilia quedam  
mas, quædā fœmina: distant inter se tum materie, tū to-  
tius corporis forma, & quōd altera fructifera, altera  
sterilis. Nā materies mari, dura, flaua, nodosior, spi-  
nosiōr q;: fœminæ cädidior, & cortex mari crassior,  
detractusq; inflexibilis propter duritiam est: fœmina  
candidior, flexibiliōr q; ex quo curas faciunt. Item fœ-  
mina odoratior, & mas sterilis, nullōq; flore est: fœmi-  
na, & florē, & fructum gignit. Flos calicula, intectus  
præter foliū pediculum, amentūq; futurum, pediculo al-  
tero annexus, uiridis, dū in calicula est: detectus autē  
leuiter flauus: floret cū rubanis, fructus oblongus,  
orbiculatus, magnitudine fabæ, similis ederæ acino,  
quinis angulis, ueluti neruis eminētibus, inque acu-  
tum, cum se se contrahentibus partitus, qui sciliat  
maiussulus est, minutiusculus autem confusior con-  
stat. Cum ille maiussulus scabitur, parvula quedam, ac  
prætinua semina, quanta atriplicis emitit, folium,

C

Et cortex dulcia, suauiaq; foliū forma ederaceū, nisi quod in angulū acutiorē rotundatur. Et quanquam iuxta pediculū curuatius, tamē de medio in acutius coactū prætēdit, seq; prolixius protrahit, crispū in orbē leviter atque serratū. Medullam exiguum materies continet: nec multo reliquo molliorem corpore, nam Et reliquum ligni molle est.

**C**aeris, et fraxini genera. CAPVT XI.



Ceris (ut retulimus) alij bina, alij terna genera stātuunt. Vnū, quod cōmuni generis nomine acere uocant: secūdū caprinū, tertīū lectirotariā: ui deliat, ut Stagritæ distinguere solēt: caprinus uero ab acere distat, q; aeri cādida, atq; neruata materia, caprino aut̄ flava crīspāq; āpla āabus. Platano in fidēdo similis. Venis enim in longum fluētū, sed gracilior, macilentior, mollior, longior. Omina eius fissa in acutum compressa absinduntur. Nec ita semi fissa, sed summū potius præfissa multiā neruia minus sunt, quam pro sua magnitudine esse debeant. Cortice paulo scabriori, quam tilia uestitur, subliido, crasso, spissioriā picea, inflectiā contumaci. Radices paucas, et sublimes, crīspasque ferē magna ex parte tam flava, quam candida gerit. Riguis potissimum scitur, ut Idæi uolunt, inuētuq; rara est. De flore nasci aiunt fructum haud ualde oblongum, Et paliuro similem: uerum oblongiorem assignant.

At

At uero Olympi incole caprinum montanam potius esse uolunt. Acerem planis etiam nasci, atque nascantem in monte flauam grata coloratam, crispam, & solidam esse, qua ad opera lautiora utuntur: campestrē uero candidam, rariorem corpore, minusq; crispam, quam nonnulli galliā, non acerem uocant: marisq; materiem crissiorem esse, atque contortam, & planis eam potius nasci, germinareque maturius. Duo & fraxini genera, quorum alterum excelsum, procerumque est, lignum candidum, crassiuenum, neruatum, mollius, enodius, crissiisque habens. Alterum humilius, minus austile, sabrius, durius, flauius. Folia laurinis lauri latifoliæ similia, in acutius tamen coacta, & ambitu leuiter ferrata, ac subsidetia. Ramulus totus, que folium unum putaueris, quoniam simul cuncta folia ferat, singulari pediculo, & singulis folijs coniugatim, ueluti per geniala pendentibus constat. Amplo intervallo coniugationibus distinctis, similiter atque in sorbo. Sunt alijs breuiora internodia, coniugationesque pauciores: alijs ut puta candidis longæ, pluresque, & singula folia oblongiora, angustiora, coloréque porracea: cortice leui, spisso, tenui, coloréque rubro integratur: radiibus crebris, crassis, sublimibusque adhæret. Fructum Idei nullum hanc habere existimant, atque etiam flore carere. Fert tamen in siliqua fructum minutum nuas modo, qualis amygdalæ, gustu subamarum. Fert & alia quædam ueluti muscos, queadmodum laurus, uerum magis adstringentia gustum.

stum, singulāque per se in orbem circū acta platani pi-  
lorum specie. Horum alia arca fructum, alia multo  
semota exēunt. Quin & implicamina quædam eodē  
modo nascuntur. Læuis illa locis potissimum concavis,  
madi disq; emigrat: scabra, siccis, atque saxosis. Qui-  
dam alteram fraxinum, alterā bubulam fraxinū uo-  
cant uidelicet Maædones: maior, & rarer corpore  
bubula est, ob id minus crispa. Est enim omne campe-  
stre leue: montanum autem omne, scabrum. Quæ mo-  
tibus nascitur colorata, læuis, robusta, lētaque est: quæ  
in planis, decolor, rara corpore, scabraq; assurgit.  
Ad summam arbores ferè omnes, quæ tam montibus,  
quam planis cædem proueniunt, monte coloratae ual-  
de, candideq; assurgunt, ut scissima, ulmus, reliquæq;  
plano autē rariores corpore, pallidiores, deteriores=  
q; præterquā pyrus, & fraxinus, ut Olympi incole-  
uolunt. Hæ nāque in planis cum fructu, tum materie  
præstant, quippe montibus scabræ, spinosæ, nodosæ=  
que proueniunt: planis autem læuiores, fructūque  
dulciorē, carnosiorēmque ferunt: uerum magnitudi-  
ne campestres semper excellunt.

**C**Quòd cornus mascula, & fœmina. De cedro.  
Quoīq; mespilorū, & sorborū genera. Caput XII.



Ornus quædam mascula, quædam fœ-  
mina, quā & fœminicornum uocant:  
habet foliū amygdale, nisi quòd pin-  
guitus, crassiūsque: corticem neruosū,  
& tenuem: caudicem non nimis cras-

sum. Cæterum fœmina uirgas paruas, sicut amerina,  
suo latere profert, & fruticosior est: nodos ambæ, pe-  
rinde ac amerina tum geminatos, tum inuicem con-  
gruos habent. Mæteries maris excors, totaq; solida,  
cornibus spissitate, firmitatèque similis. Fœminæ uero  
medullam continet, & mollior est, atque cauatur: ob-  
id ad uenabuloruū usum inutilis. Maris lōgitudo duo=  
denorum maxime cubitorum, quanta uenabulorum  
macedonicorum longissimorum est. Caudex enim to-  
tus nulla excellētia extat. Qui Idam troianam inco-  
lunt, marem sterilem dicunt, fœminam autem fru-  
ctuosam. Nucleum fructus oliuæ similem habet, gu-  
stu dulcis, odoratūque gratus: flos oleæ, & floret,  
fructificatq; eodem modo, ut singulari pediculo plu-  
ra proferat. Tempore quoque fermè conueniunt.  
At Macedones ambas fructificare affirmat, sed fœ-  
minæ fructum ingustabilem esse: radices autem mo-  
do amerinarum habere ualidas, & nulli perniaci ob-  
noxias. Nascitur in humidis locis, nec tantum in sic-  
cis: prouenit semine, atque auulsione. Cedrum qui-  
dam binam esse affirman: alteram lyciam, alteram  
punicam, alijs simplicem dicunt scilicet qui Idam inco-  
lunt: est iunipero non absimilis, sed folio maxime di-  
stinct. Quippe cedro durum, acutum, spinosumque,  
junipero mollius: excelsior quoque iuniperus nasci  
uidetur: cæterum alijs nominibus minime diuidunt, sed  
ambas cedros appellant: cedrum tamen cum additio-  
ne, cedrum acutum nuncupant: ambæ nodosæ, alo-  
se,

se, & materie tortuose: uel potius iuniperu parua,  
 spissaque materies, breuique putrescens, cum caes  
 sa fuerit. Cedro maxima ex parte corde referta,  
 & putredinem nullam sentiens: fructus cedro odo-  
 ratus, pulcher, gustuque suavis. Innipero cæte-  
 ra quidem similis, sed niger, gustuque astringens,  
 ut pre nimia acerbitate, propè ingustabilis sit: du-  
 rat in annum: tunc, cum alter subnatus fuerit,  
 præcedens decidit. At ut Arcades uolunt, fructus  
 simul retinet ternos, id est anni proxime exacti non-  
 dum maturum, & tertij ante præsentem iam ma-  
 turum, atque gustabilem, & tertium nouum ipa-  
 sum demonstrant. Satyrus ambas sine flore sibi  
 rusticos attulisse, inquit, cortice cupresso similes  
 uidebantur, uerum scabriori. Radices rare cor-  
 pore ambabus: atque per summa telluris dispersæ.  
 Nascuntur saxosis, & frigidis locis, & solum  
 eiusmodi querunt. Mespili tria genera, anthedon,  
 satanea, gallica, ut Idæi diuidere consuevere. Fert  
 satanea fructum grandiorem, candidorem, so-  
 lutiorem, lignumque intus mollius habentem.  
 Relique minorem, sed odore præstantiorem, ma-  
 gisque gustu astringentem, ita ut seruari diutius  
 possit. Lignum quoque his spissius, flauiusque: cæ-  
 tera autem simile. Flos amygdalæ omnibus, ue-  
 rum non ruffus, ut illi, sed propè uiridis: magni-  
 tudine arbor ista excellit, gyroque comatur: foli-  
 um magna ex parte infissum, que uel apium parte

g ij postrema

postrema imitatur, ampliore figura: quodque promis-  
sum neruofum, apio tenuius, oblongus, totumque cir-  
cunsum est, et pediculo tenui, ac longo dependet:  
antequam decidat, uehementer rubet: radice numero-  
sa, altaque arbos coheret, ob id diurna, et inextir-  
pabilis est: lignum quoque spissum, solidum, nullam-  
que sentiens putredinem habet. Nascitur et semina-  
ne, et auulstione. Morbus earum, ut senescentes uer-  
mibus erodantur. Vermes isti grandes, et alij, quam  
qui in reliquis cernuntur arboribus. Sorborum duo  
genera dicunt, foemina fructiferam, et masculam  
sterilem. Ceterum fructibus differunt, quod aliæ orbi-  
culatum, aliæ ouatum ferant: distant et succis, nam om-  
ni quasi ex parte odoratores, duliorésque orbicula-  
ti sentiuntur: ouati se penumero acidi, minusque odo-  
rati: folium ambabus totum prolixo, neruaceoq; pedi-  
culo constans. Singula uero in uersum condita, mo-  
do ale lateribus excent, tanquam ex omnibus unum  
exultet, ad neruum usque laciniatum, uerum inter se  
ampliusculo singula distant. Deadunt non paulatim,  
sed simul tota illa alata facies. Sunt in uetustioribus,  
breuioribusque pauciora. Omnibus in postremo pe-  
diculi folium impar prominet, ut etiam cuncta nume-  
ro impari absoluant. Figura laurum tenuifoliam imi-  
tantur, uerum ambitu serrata, breuiora q; sunt, nec  
in extremum acutum mucronata, sed in rotundius or-  
biculata. Flos racematis singulari peciolo, è multis  
minutis, et candidis constans. Fructus quoque cum  
large

large fructificatur, racemi modo aceruatus producatur. Quippe multa eidem coherent peciolo, ita ut fai quodammodo spedem gerat. Eroditur à uermibus super arborem, crudus adhuc, magis quam mespila, pyraq; quamvis hic maxime omnium sit acerbus. Ipsa quoque arbor uermibus obnoxia est, atque ita senescē exarescit. Et uermis eius peculiaris, ruffus, pilosus. Noua admodum fructificat: etenim trima continuò parit. Autumno cum folium amiserit, protinus amentaceum gerit peciolum, pinguem, ac turgidum, quasi iam parturiat: germina itaque hymene perdurant. Aculeis tam sorbus, quam mespilus caret; cortice leui, pinguisculo: colore ad flauum albicante, nouæ uestiuntur. Annosæ autem scabro, nigro q;. Præstat hæc arbos magnitudine, rectitudinēque: coma concinna ornatur, quippe magna fermè ex parte nucis pineæ figuram suo uertice capit, nisi aliquid impedit. Materies solida, spissa, colorata, ualida. Radices haud multas, nec alte descendentes, ualidas tamen, & crassas, & incorruptibiles agit. Nascitur radice, auulsione, semine: solum gelidum, atque humectum querit, quo tametsi uiuacior, abolerique contumacior, tamen montibus etiam nascitur.:.

**C**De Ceraso, flamma Iouis, Sambuco, Salice, et eius generibus. CAPVT XIII.  
g iij arbor



Rbor natura peculiaris cerasus est,  
magnitudine excellens, quippe, quæ  
ad uigintiquatuor cubita crescat: re-  
cta, admodum crassa, ut & bicubita  
lcm ambitum è radice compleat. Foli-  
um m̄ spili, sed admodum durum, latiusque ut è lon-  
ginquo arbos colore sit manifesta: corticis levitate,  
colore, crassitudineque tiliæ similis. Quapropter  
cunas ex eo conficiunt, sicut etiam è corticibus tiliæ.  
Hic neque recto meatu ascendit, neque gyro pariter  
obducit, sed mucronatum ambit, ab inferius sur-  
sum uersus se, ad minusque contrahens, quemadmo-  
dum foliorum descripicio. Cumque desquamatur, hoc  
eodem modo decorticatur, alioquin præscinditur,  
nec pars aliqua eodem filo detrahi potest. Quin &  
per crassitudinem prætenuis modo folij scinditur, re-  
liquumque durare, arboreaque tueri potest, simili  
modo ambiendo: reliquo autem cortice ablato, humor  
tunc quoque defluit, & cum externa tunica tantum  
detracta sit, reliqua pituitaceo quodam humore ni-  
greditur, rursusq; anno secundo, alia, uice illius sub-  
nascitur, uerum tenuior. Materies in neruo corti-  
ci suo similis se in anfractum conuoluenti. Virga  
quoque eodem modo ilico enascuntur: ramis cre-  
scentibus euenit, ut alij deorsum assidue pereant,  
alij sursum uersus increcant: omnino arbos mi-  
nus ramosa est, sed multo enodior, quam populus:  
radice multiplici perquam summa, sed non crassa  
innititur,

inititur, & conuolutio eadem radicis, & corticis  
radicem tegentis est: flos candidus, piro ex mespilo  
proximus, ex paruulis floribus constans, forma fau  
ceus: fructus rubet, figura Iouis flammæ persimilis,  
magnitudine fabæ, uerum Iouis flammæ nucleus du  
rus, ceraso autem mollis: nascitur ubi tilia, in plenū,  
ubi annes, & rigua. Sambucus quoque iuxta aquā  
potissimum, locisque umbrosis emicat, ceterum &  
in minus eiusmodi solo nasci non recusat: est fruti  
cosa uirgis, quæ anniculae donec folia decidant, in  
longitudinem crescunt, tum in crassitudinem se di  
stendunt: uirgis excelsio non nimis magna, sed se  
na maxime cubita, caudia crassitudo modo galeæ:  
cortex leuis, tenuis, spissus: materies fungosa, &  
siccata, leuis, medulla præmolli constans, ut uirge  
tote concaventur. Quamobrem ex his baculos faci  
unt præleues: siccata ualida est, & inoffensa aquis:  
etiam disquamata si sit, disquamatur sua sponte,  
cum exaruerit. Radices per summam cespitiū non  
multas, nec grandes agit: folium, quod particula  
tim exeat, molle, atque oblongum, sicut lauro la  
tifoliæ, uerum maius, latius, rotundiùsque de medio,  
subtusque: extremo in acutum compressius, ambi  
tu serratum, totum autem circa unum pediculum,  
crassum, neruofiumque, tanquam ramulus constat:  
& foliorum alia hinc, alia inde geniculatim, con  
iugatimq; adhæret, ac inter se spatio distant, unum  
que exit in cacumē: subrussa admodū folia, fūgosaq;  
g iiiij sunt,

Sunt: defluit id totum simul, & hinc unum folium totum esse ratione putaueris. Rami quoq; nouelli quedam ad geniculorum speciem habent, flos candidus è minutis permultis candidis constans: specie faui super fissuras pediculi. Redolet lirium, grauiter enim: fructum uero non secus singulo pediculo crasso annuum, racematum profert. Hic maturescens nigrescit, immaturus omphaceus est: magnitudine eruo paulo maior: humore, aspectu uinaceus, & interna uisu sesamacea continet: salix quoque aquatica, & multigena est. Nam alia nigra dicta, quod cortice nigro, aut puniceo tegatur: alia candida, quod candido: uirgas pulchriores, & ad texendum cōmodiores nigra profert, candida spissiores. Est tā nigra, quam cādide genus quoddam paruu, & incremēto in excelsum orbatum, sicut uel in cæteris arboribus idem intellīgi potest, ut in cedro, & palma. Hoc Arcades nō salicem, sed hellicam uocant, existimāntque (ut retulimus) fructum fœcundum eam parere.

**U**lmi genera quoq; sint. De populo, Alno, betula, Colytea.

CAPVT XIII.



Vnt & ulni genera duo, alterum mōtiulmus, alterum ulmus uocitatū: interst, quod ulmus fruticosior est, mōtiulmus auctior: folium indiuiduum, leuiter circunserratum, oblongius

gus, quam piro, scabrum, non leue. Praestat hec ar-  
bos, & amplitudine, & altitudine, non crebra circa  
Idam, sed rara prouenit: amat rigua, materies flava,  
robusta, neruata, deformis: quippe tota cor est. Utun-  
tur ea, uel ad lautiores fores: & uiridis cæsu facilis,  
sica difficultis est: sterilis denique putatur, gummam in  
peciolis gignit, & animalia quædam culicea, & amen-  
ta peculiaria gerit. Autumno multa, minuta, nigra: cæ-  
teris uero temporibus quid ferat, minus animaduer-  
sum est. Populus alba, nigraque, uniformes habentur:  
corpore ambe erecto, sed excelsior, læuiorque nigra:  
figura foliorum similis, & lignum aon cæditur, albe-  
dine simile est: utrunque ne florem quidem habere exi-  
stunt. Alpina, populo albæ non absimilis est, cum ma-  
gnitudine, tum uero quod ramis albicantibus spargi-  
tur: folio edere, sed parte altera sine angulo, altera  
oblongo, inq; angulum exente acutum. Colore parte  
resupina, pronaque fermè simili: pediculo prolixo, te-  
nuiq; annexo. Quamobrem non erecto, sed inflexo:  
cortice asperiori, quam populus alba, scabriorique,  
ut pinus sylvestris. Alnus quoque sterilis, & unigena  
est natura, corpore recto, ligno molli, medullaque mol-  
li, ut uirge graciliores tote cōcauentur: folio piri, nisi  
quod ampliori, neruosioriq;, cortice scabro, ruffoque  
intus, qua de causa coria tingit: radice summa, nec  
maiore quam laurus: nascitur in aquosis, alio nullo  
pacto. Betula folio caryæ dictæ conditur, præterquam  
quod paulo angustiori, cortice autem uersicolor, &  
materie

materie leui, non nisi ad baculos utili. Colytea folio sa-  
lia uicina est, ramosa, foliosaque, in totum ampla: fru-  
ctum in siliqua sicuti legumina gignit, eaque lata, no  
angusta. Semen inclusum parvulum, non magnum:  
durum modice, non nimis, nec abunde pro magnitudia  
ne sua fructificat. Sed quae fructum in siliquis ferant,  
rara inuentu: quippe inter arbores, pauca huiusmodi  
habentur.

**D**e nuce auellana, terebintho, buxo, cratægo.

C A P V T

XV.



Vx auellana (etenim hæc quoq; natu-  
ra sylvestris est) quantam sylvestris,  
nullo, aut non multo deterius, quam  
urbana, fructificet: & hyemes qua-  
cunque perpeti posse, montibusque  
magna ex parte proueniat, & quidem foecundissi-  
ma temporia ubertate. Ad hæc quod non caudicosa,  
sed fruticosa, uirgis sine alis enodibus, uerum bre-  
uibus, crassisq; nonnullis assurgit. Ceterum & ma-  
jus scere potest, differt tamen, quod fructum melio-  
rem, soliumq; amplius habeat: circumferratum foliis  
ambabus, simillimum alno, sed latius: atq; arbos ipsa  
amplior, foecundior assidue redditur, uirgis præcis.  
Ambe binæ genere constant, quædā enim rotundam,  
quædā oblongam nuam largiuntur. Sed urbanarum  
fructus candidior est, locis aquosis potissimo fructifi-  
cat melius. Sylvestres translatæ mansescunt, corti-  
cem sumnum habent tenuem, maculis albidis, pecu-  
liariter

liariter variatum. Materies admodum lenta, ut præ-  
graciles uirgæ, desquamatae, crassæ, derasa reno-  
uentur. Habent medullam tenuem, flauam, qua  
concauantur: peculiare his iulus callo compactus,  
ut retulimus. Terebinthorum alia mascula, alia fœ-  
mina: mascula sterilis est, ob id sexui maris adopta-  
tur: fœminarum, alia fructum protinus ruffum  
promit magnitudine lentis, qui concoqui nequit:  
alia uiridem editum, ruffum postmodum tingit, &  
cum uite maturæcentem nigrum nouissimo facit,  
magnitudine fabe, resinosum, & sulfurosum.  
Circa Idam, & Macedoniam breuis, fruticosa, con-  
tortaque nascitur: at apud Damascum Syriæ, ma-  
gna, copiosa, decoraque: montem enim quendam  
terebinthis refertum, ut nil aliud habeat, referunt.  
Materies ei lenta, radices ualide in profundo, at-  
que in totum incorrupta hec arbos habetur: flos o-  
læ, uerùm colore ruffo: folia circa unum pedicu-  
lum, pleraq; specie laurinorum coniugatim quemad-  
modum sorbo, quodque parte postrema acuminet,  
impar exit: uerum minus angulata, quam sorbo, am-  
bituq; laurino similiora, & pinguia cū uniuerso frua-  
ctu. Fert & ad nucis similitudinem quedam conca-  
ua, ut ulmus: quibus bestiolæ, tanquam culices inna-  
scuntur. Fit in his resinosum quid, lentiunque, sed re-  
sina tamen nō hinc legitur, sed à ligno fructus resinae  
copiæ non mittit, sed manibus tantū adhæret: & si nō  
lauetur, postquā collectus est, inter se cohæresat: cum  
nero

uero lauatur, candidus, probéq; matus supernatat,  
niger subsidit. Buxus magnitudine non excellit, folio  
myrto similis, nascitur locis algentibus, atque asperis.  
Quippe Cytora talis est, qua plurima prouenit. Olym-  
pus quoque mædoniaus frigidus est: nam & in eo gi-  
gnitur, quanquam nō magna: maxima autē, pulcherri-  
māq; in Cyrena est. Proæra enim, crassitudinēq; cete-  
ris lōge prestantior, ideo uel insuaue est buxū olens.  
Cratægus, quam alij cratægonem uocant, folio mesphi-  
le promissō sciliat est: uerum maiori, latiori, oblon-  
gatoriq;, nec ferrato, quemadmodum illa sit. Hæc nec  
admodum magna, neque crassa. Materies ei uersico-  
lor, ualida, flava, cortex lœuis, mespilo similis, radix  
singularis acta in profundum. Magna ex parte fru-  
ctus rotundus, qui maturescens siccatur, nigrescitq;  
gusto, & succo, mespilaceus: qua propter ueluti syla-  
uestris mespilus apparuerit, est specie simplex, & si-  
ne ullo discrimine.

**C**Ulicem præter glandem, granum quoddam fra-  
re puniceum: necnō uiscum habere, & hyphear,  
atque ideo quaternos habere fructus. De smilacæ,  
Phellodry. Item phellodrys, atque ilicis fructum  
uocari acylum, Roboris uero glandem. Dein De  
arbuto, potulaca, pruno, ac subure.



Lex folio roboris est: uerum minori,  
aculeatōque: cortiæ lēuiori, quām ro-  
bur. Arbor ipsa magna assurgit, mo-  
do roboris, si locum, solūq; adipiscā-  
tur idoneū: materies spissa, robustā-  
que: radix alta admodum, atque multiplex: fructus  
glandosus, sed glans ipsa pusilla est: ueterem nouis  
occupat, nam serò maturescit: quamobrem bifera hæc  
à nonnullis existimata est. Fert præter glandem, gra-  
num quoddam punicū, & uiscum, atque hyphear habet.  
Quapropter ut fructus quaternos habeat nonnūl-  
quam contingit, binos proprios, binosque alienos: ui-  
sci, scilicet atq; hyphearis: fert à septentrione uiscū,  
à meridie hyphear. Smilacem Arcades uocant arborē  
iliæ similem, folio tamen nō aculeato, sed molliori, pro-  
fundiori, differentijsq; pluribus distinguendum: nec ma-  
terie, ut illa, solida spissaq; sed soluta, molliq; in ope-  
re: quod Phellodrym idem Arcades nuncupant. Natu-  
ra huiusmodi est, simplici quidem ratione inter iliæ,  
& robur hanc esse putarunt, ideoque ubi ilex non prouenit,  
hac ad plaustra, similiaque utuntur opera, ut Laædæ-  
monij, & Elij. Dores quidē uel agrestem eā appellat:  
est mollior, ac solutior iliæ: durior, ac spissior quercu:  
colore ligni decorticati: cädidior iliæ, fuluor quercu:  
folio similis abibus: uerū maiori, q; ilex, minori, quām  
quercus: & fructū pro magnitudine minorē, quām ilex  
babet: majorē, q; quercus. Fructū iliæ, huiusq; nōnulli  
acylum

## NO: THEOPHR. DE HISTORIA

acylū uocat, roboris autē glādē: est et medulla mani-  
festior, quam ilex. Phelodrys natura huiusmodi est. Ar-  
butus, que pomum abo idoneum ferat magnitudine nō  
nimium pr̄estat: corticē tenuē tamarici similē habet, fo-  
lium inter ilicem, et laurum: floret mēsc Julio, flores  
singulari appēdice parte postrema racemati cohērēt,  
specie quis p̄ myrto oblōgo similis, et magnitudine tā-  
tus, nō foliatus: cōcaius tāquam ouum ex calptum ore  
aperto: cū autem defloruerit, retinaculum perforatur:  
quōdq; defloruerit, tenuē, sicut uerticillis circa fusum,  
uel carnius doricus extare appetet. Fructus āno in te-  
gro mature scit, ut simul hunc haberī, atq; alterum flo-  
re spondēri contingat. Potulaca quoq; folio arbuto si-  
milis est, magnitudine non nimium pr̄estans, cortice al-  
bo circūrūpi solito, fructū arbuto similē parit. Prunus  
bis folio similis, corpore parua. Peculiare in hac, frū-  
ctū lanugine pappo dicta, perire: id enim de nulla alia  
arbore accepimus. Hæc regionibus, locisq; pluribus  
assignātur communia. Quædā uero propria locis aer-  
tis redundunt: Ut suber arbor Pyrrheni familiaris,  
gaudiosa, parūq; ramigera, admodū tamen procerā,  
auctiūq; insignis: ligno robusta, cortice unice crasso,  
disrūpique solito quēadmodū picea, uerū fragmentis  
grandioribus: folio fraxini, crasso, oblongiori, non  
perpetuo, sed deciduo: fructū glandosum assidue fert,  
aqui folie similem: detrahunt corticem, uniuersumq;  
diuidendum censem, alioquin arborē deteriorem ef-  
fici uolunt, rursum uero intra tricennium repletur.

**C**De colutea, colyteaque, & laurit alea  
xandrina, ficóque, & uiti: déque ea uie  
te, quam uocat phalacras: Quotque rha-  
morum genera. Item de æquo, & palis-  
uro.

## CAPVT XVII.



Olutea quoque Lipare propria tra-  
ditur, arbos magnitudine præstans,  
fructum in siliqua ferens, magnitudi-  
ne lentis, qui oues mirum in modum  
pingue facit. Nascitur semine, & fi-  
mo præcipuo ouillo. Tempus serendi, cum arcturus  
occidit, serendum semine præmadefacto, cum iam in  
aqua pullulare inceperit. Habet folium non absimile  
fœnogræco: germinat primo unicaulis, triennio ma-  
xime. Quo quidem tempore baculos decidunt: tunc  
enim præstantiores esse uidentur: & si ita quis decur-  
tauerit, mox arbor emorietur, haud enim latere plan-  
tigera constat: spargitur deinde in ramos, quartó-  
que anno arborescit. Arbor circa Idam proueniens,  
quam colyteam uocant, genus aliud est fruticosum,  
ramosum, alosum, inuentu rarum, non crebrum: fo-  
lio laurino lauri latifoliæ, sed rotundiori, aprioriq; ut  
uel ulmeo simile appareat, oblongius tñ: colore parte  
altera herbido, tergo aut albido, neruosoq;. Tū ibidē  
neruulis prætenuis fibrisq; tū inter eas ppagines,  
quæ de medio callo, in costarū specie adducuntur, corti-

æ non leui, sed quasi uitis uestitur: ligno duro, spissō, que constat: radices per summa graciles, atque solutas gerit, sed uibratas, flauásque maiorem in modum: fructu, floreque carere putatur. Amentum autem, surculum, gemmasque circa folia, admodum leues, pingues, candidásque, facie amentacea fundit: præcisa, uel igne deusta, ab imis subnascitur, atque resurgit. Ilia quoque propria esse circa Idam feruntur, laurus alexandrina cognominata, & ficus quædam, uitisq;. Lauri proprietas, quod fructū sup folia gignit, quæ admodum myrtus sylvestris: quippe fructum ambæ super dorsum folij ferunt. Ficus fruticosa est, nec excelsa sed crassa, ut uel cubitali ambitu sit, ligno contorto, lenito, inferius leui, nulloque ramo superius, gyro comato, colore tam folij, quam cortias liuido, figura folijs taliæ similis: mollia quoque, lataque sunt, magnitudine similia: flos mespili, & cum mespilo floret: fructus, quæ ficum appellant, ruffus, magnitudine oliue, sed rotundior, gustu mespilaæus: crassas radices agit ut ficus urbana. Leniásque: nunquam hæc putret, & cor solidū, non mollem medullam cōtinet. Vitis nascitur ea parte Ide, quam uocant Phalacras: est fruticosa, uirgis paruulis, & ramulis cubitalibus penè exporrigitur: quibus acini laterales nigri adhærent, magnitudine fabæ, dulces, qui lignum uinæi modo intus cōtinent: folium rotundum, indiuiduum, paruūnq;. Ceteris quoq; montibus propria quædam natura dederat, alijs arbores, alijs frutices, alijs reliquæ materiæ aliquid. Sed proprietatem

proprietatem singulis locis inesse, dictum saepius est: discrimen autem quod in predictis unigenis, tam arboribus quam frutiabus præcipitur, in reliquis queque plurimis pari modo, ut exposuimus, intelligi potest. Exempli gratia: In rhamno, paliuro, equo, oeto, fulda, edera, rubo, multisque alijs. Rhamnorum enim alia nigra, alia candida, fructusque diuersus, ambae uero aculeigeræ: et quorum quoque alia candida, alia nigra: et flos, fructusque utriusque pro ratione discriminis alius candidus, alius niger. Nonnulli etiam medijs quodammodo sunt, quibus flos in purpuream candicans, nec enim fuluus, nec exalbidus est: folia quoque tenuiora, leuioraque candidæ, ut uiræ, similiter graciles, et leues. Paliurus quoque differentias nonnullas habet: omnes autem fructiferae sunt. Et paliurus quidem in siliqua fert, in qua terrena, aut quaterna semina gignit, quibus medici contra tussim contusis utuntur: habent enim lentitiam quandam, atque pinguedinem, ut semen lini. Nascentur locis dilutis, et aridis sicut rubis, sed non minus diluta querit: foliis deciduis est, non perpetuis, quemadmodum rhamnus.

**R**ubi genera quot: ac de canirubo, fluidarumque generibus, et medicamento osse, quod fluida dicitur. Item de Edera, Smulace. Deque arbore appellata Euonymo. Caput XVIII.



ubi genera plura, sed maximo inter  
 se discrimine distat: quod quædam cre-  
 ñta excelsaque, quædam propè à ter-  
 ra, protinusque deorsum uergens:  
 cùmque se terre coniunxerit, radiz-  
 eans rursus, quem humirubum quidam appellant. Ca-  
 nirubus autem fructum subrutilum parit, malo punia-  
 co simile: est inter fruticē, atque arborem punicæ,  
 non absimilis folio amerinæ. Fluidarum, aliam ma-  
 sculam, aliam foemina dicunt, quod alia sterilis, alia  
 fructifera sit: nec uirgas lōgas gerit, neque crassas:  
 folium ulmco simile, nisi quod parum oblongius, den-  
 sūmque aliquantulum: ramulorum nouellorum folia  
 paribus internodijs coniugatim condita adh̄erent, et  
 planè ē lateribus ordo uersus conspicitur. Inficiūt his  
 coriarij alba coria: flos candidus, racematim enascēs.  
 Hic ubi defluxit, fructus cum labrusca rubescit: fi-  
 untq; ceu lentes tenues congestæ, figura his quoque  
 in modum uiæ. Medicamentum fluida dictum, offe-  
 um in his continetur: radix per summa, & simplex,  
 ut facile auelli possit radicitus: lignum sine medulla  
 & cæsum quoque, incorruptum perdurat. Nascitur  
 omnibus locis, sed in argilaceis potissimo præstat.  
 Edera quoque multigena est: quædam enim humili-  
 pens, quædam se in excelsum attollens: & excelsa-  
 rum genera plura, sed tria summa patescunt, can-  
 dida, nigra, tertiaque clavicula. Horum item specie-  
 es plures: quippe alia fructu tantum candida, alia  
 etiam

etiam folijs: rursus fructum tantum candidum ferentium, alia maiuscum, densum, & uelut in globum circumactum fructum profert, quam corymbiam quidam uocarunt: Athenienses acharnicam riguam eam appellant: Alia minorem, sparsiorēmque modo nigrae. Habet nigra differentias, sed non hunc in modum conspicuas: sed clauicula differentijs maximis discernitur, etenim folijs plurimum distat, cum paruitate, tum quod angulata, concinnioraque sint, cum edera rotundiora, simplicioraque habeat. Distant etiam internodiorū longitudine, atq; etiā sterilitate, quoniam fructum quedā non ferant: Quod non in edera transfigurentur, ut quidam uolūt: at uero si omnes ederescant, ut alijs placet, etatis certe, dispositio nisque, non generis erit discrimin: quemadmodum piri ad pirastrum. Tamen eius quoque folium multum ab edera distat, uerum id rarum, & in paucis euenit, ut uetustate permuteatur, cœu in populo alba, & crotonc. Ergo clauicula plura genera, sed quæ conspectiora, summāque occurrant, tria sunt: Herbacea, ac uirens, quæ plurima est: secunda candida: teritia uersicolor, quam thraciam quidam appellant. Et harum quæque distare uidetur, quippe herbacea quedam folio tenuiori, oblongiori, atque etiam densiori: quedam minus hec omnia habens: & in uersicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularūmque habitu diversa: pari modo, & magnitudine, coloreque distinctant.

stant. Auctu per facilis herbacea, inq; plurimum uenit: manifestam, quæ ederescat affirmant, non tantum folijs, quæ maiora, latioraque habet, uerum etiam germinibus: protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Herbacea uero crassiora, breuioraque: ac edera, ut semen proferre incepit, germen sublime, rectumque edit. Est quidem uniuersa edera radice numerosa, densa, fleschiosa, surculosa, crassa, nec nimis alta: sed præcipue nigra, & inter candidas, quæ asperrima, immittissimaque habetur: quamobrem eius amplexus arbores omnes infestat, omnes enim necat, & excitat, ablato alimento. Crassatur hec maiorem in modum, atque arborescit intantum, ut per se ipsa edera arbor fiat. Attamen ex maiore parte semper super aliud uitam degere solet, atque (ut ita dixerim) amplexicaulis est, ita pro sua natura, uel quiddam eiusmodi ilico gerit. Nam è germinibus radiculas ascidit, inter folia mittit, quibus arboribus, murisq; obrepit, quasi de industria à natura exhibitis: atque ita humorum auferens, exauriensque a reficit. Et si inferius succidatur, nihilo minus uiuere, durare que potest. Habet uel aliud discriminem non mediocre in fructu: Nam aliis dulcis, aliis uehementer amarus, tam in candida, quam in nigra. Indicium quod alium aues mandunt, aliū minime attingunt. Edera ita se habet. Smilax, id est, edera cilicia amplexicaulis ipsa quoque assurgit, fructus aculeatus,

C

Uelut præhorridus: folium edere, parum sine an-  
 gulo iuxta pediculi retinaculum humectum: peculia-  
 re, quod medium illum callum, qui instar spine ani-  
 mantium secat, prætenuem habet, & interualla sta-  
 minea: non ex eo porrecta, ut cetera, sed circa eum  
 in orbem circumacta, ab annexu pediculi dicit, ad  
 caulem uero foliorum internodia consumantem: uila-  
 lis ab eisdem pediculis, atq; folia tenuis, seque conuol-  
 uens dependet. Flos candidus, suauiter olens uera-  
 no proueniens tempore: fructus proximus herbæ so-  
 lano, atque melothro, & maxime uiae labruscæ uoc-  
 citatæ. Racemi pèsiles ut ederæ sunt, uerum ad labru-  
 scam potius accedunt: nam de eodem puncto pedicu-  
 li acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est: nuclea-  
 os in uniuersum quidem binos continet, quamquam  
 grandior ternos, & paruulus unum. Nucleus due-  
 rus admodum est, & colore forinsecus niger. Pecu-  
 liare racemis, quod per latera cauliū sepiunt: postre-  
 móque caulis, racemus omnium maximus propendet,  
 sicut in rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo fru-  
 titifera, latere large fructifera ista spectetur. Arbor  
 Euonymus dicta, nascitur cum alibi, tū in Lesbo in-  
 sula monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudi-  
 ne mali punica, atque folio eiusdem maiori, quam  
 Vincaperuinca: & molli, ut punica. Germinare mē-  
 se Septembri incipit, floret in uere, flos colore al-  
 bæ uiolæ similis, odore infestus, uelut cruorem infe-  
 ren: fructus cum putamine siliqua sesamæ proxi-  
 h iij mus,

mus, intus solidus, præterquam quod in uersus diuiditur quaternos: hic pecus enecat gustatus, quin etiam folium idem facit, & potissimum capras, nisi purgentur, intermit. Purgantur autem annocho. Et de arboribus quidem, atque fruticibus dictum iam est: reliqua de cætero in dicendum.



THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER QVARTVS.

**C**Quibus locis quæque arbores gaudcunt.

CAPVT

I.



XPOSITAE superius  
sunt differentiæ unigeno-  
rum : omnia uero suis locis  
meliora proueniunt, magis-  
que uigent: nec sylvestribus  
loca propria desunt, sed sin-  
gula sibi accommodata for-  
tiuntur, quemadmodum ur-  
bana. Quædam enim aquosa, & palustria adamant,  
ut populus, ut salix: denique omnia, que secus fluuios  
nasci solent, quædam edita querunt, atq; aprica, alia  
potius umbrosa. Pinastrium enim pulcherrimum, am-  
plissimumq; apricis emigrat, umbrosis autem nasci  
omnino nequit : contra abies umbrosis pulcherrima,  
apricis haud similis sibi assurgit. Itaq; in Arcadia cir-  
ca Cranam uocatam, loco quodam concauo, & silen-  
te à uentis, quem nunquam solem attingere aiunt, a-  
bietet plurimum tum longitudine tum crassitudine cæ-  
teris præstant : non tamen pariter frequentes, ne-  
que pulchræ cernuntur, sicut etiam pinastri, que lo-  
cis umbrosis enascantur. Quamobrem ad lautiora  
operum, ut fores, cæteraq; magnificèda hisce minus  
b iiiij utuntur,

utuntur, sed ad nauigia, domosque duntaxat: quippe  
trabes & antennae ex his optimas faciunt, atque eis  
am malos præstanssima longitudine, sed non similia  
ter validas, atque ex ijs, que soli expositæ staræt: sed  
ex breuitate densiores illis, robustioresque . Taxus  
quoque, & padus, & thraupalus gaudent uehemen-  
ter umbrosis . Montium cauomini bus, locisq; algentis  
bus thuya enascitur, & excelsa quidem: abies, et iuniipe-  
rus nascuntur quidem, sed non in excelsum, sicut etiam  
circa Cyllenu promotorum cuenit . Celastrus quoq; fua-  
mis, gelidissimisq; prouenit locis . Igitur hæc frigidos-  
rum locorum auida, ratione posueris, reliqua uero (ut  
ita dixerim) omnia apricis potius gaudent . Verum  
id quoque pro modo sua cuique telluris cuenit . Ita  
que in Creta insula montibus Idæis, Leucisque uox  
etatis, super summa, quibus nix nunquam deest, cuius  
pressum comperiri affirmant . Nam id genus sylue  
plurimum, & in montibus, & omnino in insula est.  
Sunt autem, (ut dictum superius est) tam è sylues-  
tribus, quam ex urbanis, alia campestria, alia po-  
tius montana . Inque montibus ipsis ad portionem a-  
lia in imis, alia in summis proueniunt, ita ut &  
pulchriora, & fertiliora exurgant . Vbiique au-  
tem uniuersaque sylue pars ad septentrionem spe-  
Etans ligna spissiora, pulchrioraque profert, & sum-  
matim meliora, atque omnino robustiora in aqua-  
lonijs exeunt, augentur, atque proficiunt: den-  
se in longitudinem potius, idcōque enodes .

Recte,

Recte, proceræq; sunt, remiq; ex his optimi sumuntur. Potius autem in profunditatem, & crassitudinem distenduntur: propterea obliquiores, nodosiores, atq; in totum solidiores, spissioresque assurgunt. Has easdem ferè differentias habent & que opacis, afflatuq; permotis nascentur: nodaciorens enim breuiores, minusque rectæ, que appricis, quam que flatibus expeditis locis exeant. Quod autem singula terram propria, cœliq; accommodatam temperiem querunt eo sanè manifestum, q; quedam loca aliqua ferunt, quedam nec sponte ipsa nascentia, nec sata facile ferunt: et quaq; apprehenderint, fructum nullatenus pariunt, ut de palma, & moro ægyptia, alijsq; quibusdam retulimus. Sunt enim plura, locisq; pluribus, que tametsi sentuntur, non tamen augeri, fructificareq; possunt, sed iuitata in totum assurgunt: de quibus fortasse dicendum est, in quantum habemus historię.

**C** De moro ægyptia, & fico cypria, & siliqua, & persea, glandéque & aociofera. Ca.II.

 Vnt enim pleræq; in Aegypto arbores, ut morus, & persea dicta, & gläs, & spina, & aliæ quedam, que peregrinari omnino nequeunt. Morus similis quodammodo moro nostrati est, quippe folio, magnitudine, aspectuque proxima. Fructum præter ceteras peculiariter gignit, ut uolumine primo differimus. Non enim germinibus, non ratis, sed caudice pomum parit magnitudine ficus, & uisu

uisu proximū: succo, atq; sapore caprificis sanè simile, uerum longe dulcius, granisq; internis omnino carentes, multitudine numerosius mature sære nequit, nisi scalptū. Quod unguibus ferreis scalpitur: que cū scalpta sint, ad quartū dieē maturescunt: hiscē ablatis, alia & alia ex eodē loco subnascentur, nullo diuersa: idq; alij ter, alij səpius factitari affirmant: lactuosa arbor admodum est, & ligno ad multa percomodo. Propriū id prēter cætera habere uidetur, quod cæsum cōtinuo viride est. Sic catur autem in profundo aquæ: mergitur enim in profundas fodinas stagnāq; protinus, atq; cōditur, made factūq; in profundo siatur: cūq; siccum omnino fuerit, supfluitat, atq; innatat: itaq; probe cōditum esse uideatur, fit enim leue, atq; solutū. Morus proprietates hascē fortissima est: Proxima natura eius uidetur, que in Creta ficus cypria nuncupatur: nam illa quoq; fructum caudice, ramisq; crassiſsimis fert, nisi quod germē quoddā sine ullo folio: tanquā radiculam mittit, cui fructus præpilatur. Caudex magnus & populo albæ ſimilis, foliū ulmo in fructus quaternos perficit, totiēsq; germinat, sed nullū ad maturitatem perducit, niſi pomo ipſo immaturo inciso, emiſſo que lacte. Dulcedo fructibus nō abſimilis, & interna grossis plane cōueniunt: magnitudo autē pruni est. Similis etiā ſiliqua, quā Iones Ceroniā uocat: Nā & ipsa caudice maximā fructus partē expellit, ramis autē (ut diximus) paucū fert. Siliqua, quā ægyptiā ſicū quidā appellant, errore ſciliat (nulla enim omnino in Aegypto, ſed in Syria)

Syria nascitur, & in Ionia circa Cnidū, Rhodumq; sū  
līs semper comātibus, flore candido, & olente grauis  
sime, radice leuiter sublimi, atq; omnino plātigera imis  
partibus est: superius tamen subarescens, fructū an-  
niculum simul, & nouu[n] habet: altero nāq; detracto  
post Canis ortū, protinus alterū gigni patesat, gigni-  
tur enim uue modo indiscretus, atq; uniformis: tum au-  
ctus circa arcturum, & equinoctium floret, dehinc  
hyeme exacta, durat usque ad Canis ortum. Ergo simi-  
litudo quidem, qnoniam hēc etiā fructum caudi & fert,  
differentijs autem prædictis à moro utique distingui-  
tur. Est in Aegypto alia quoque arbor persea dicta,  
aspectu magna, formosaque: folio, flore, ramo, to= etu  
ta que figura potissimum piro uiāna: nisi quōd altera  
folio perpetuo, altera deciduo est. Fructum abunde  
parit, omniisque tempore perficit, quippe nouus an-  
niculum semper occupat. Naturitas anniuersariorum  
afflatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt,  
atque recondunt. Est magnitudine piri, figura ob= etu  
longius, amygdale modo, colore herbidus, nucem  
intus quemadmodum prunus continet: uerum lon-  
ge minorem, molliorēnque: carnem uelmenter dul-  
cem, suauem, concoctiisque facilem: nil enim eos, qui  
nimium comedent, tentat. Radice arbor exupe-  
rat, tum longidine, tum etiam crassitudine, multitu-  
dinēque: materiem robustam, & usu gerit decoram,  
atram, ut faba græca. Ex hac etiam simulachra,  
& mensas, & reliqua similia faciunt. Glans à fru-

Et nomen accepit, folium ei simile atque myrto, oblongus tamen: illæsa, magnaque arbor est, uerum non recta, sed contorta. Fructus putamine contuso unguentarij uti solent: est enim boni odoris, sed fructus ipse inutilis, magnitudine, uisique inturi proximus: materies ualida, & tā ad alia, quam ad nauigia, percomoda. Cuciosera quæ appellatur, palmæ similis est, similitudinem in caudice, & folijs representat: sed differt, q palma indiuidua, simplexque assurgit: hæc cum aliæ quatenus increuerit, scinditur, fitq; bifida, iterūq; horū utrūq; pari modo diuiditur. Itē uirgas breues, nec multas profert, cortice sicuti palme ad utēsiliū nexus utuntur. Fructum peculiarem parit, nam & magnitudine, & figura, & succo singularem, quippe magnitudine fermè, qua manum implet: rotundum, non oblongum, colore flauicantem, succo dulcem, & ori gratissimum: non congestum, ut palma, sed per singula discretum: nucleo magno, uehementerq; duro, ex quo annulos uersicolores detornat, quibus in stragularijs uinculis utuntur. Materies à palma plurimum distat, altera spissa, grauis, carnosaque, & cæsa, crassa admodū, atque dura. Persæ quidem maiorem in modum eam præferebant, sed lectorum pedes ea conficiebant.

¶ De spina, quōtque eius genera. Item de pruno, & arboris magnitudine circa Memphis.

CAPUT

III.

Spina



Pina ex eo nomen accepit, quod tota  
arbos aculeis horret, excepto caudice:  
nam et super germina, foliaque acu-  
leos gerit: magnitudine excellit, mate-  
ries quippe duodenorum cubitorum.

Tectis idonea ceditur. Eius duo genera sunt, quædam  
enim candida, quædam nigra: et altera imbecillis, fa-  
cileq; putrescens: nigra autem robustior, atq; incorru-  
pta: ob id in nauium fabrica ad costas, uentrisq; com-  
pagines ea utuntur: erecta non ualde assurgit. Fructus  
in siliqua modo leguminu, quo incole coria perficiunt  
uice gallæ. Flos et pulcher aspectu, ut coronas ex eo  
facerent: et medicamentis perutilis, qua de causa collig-  
gi à mediis solet. Fit et gumma ex ea: manat tum ar-  
bore percussa, tum sponte, sine ulla fissura: cum autem  
cesa fuerit, anno tertio protinus resurgit. Copia huius  
arboris large habetur, et sylua in gens circa agrum  
thebanu est, ubi et robur, et persea, et olea quoq;  
eo loco emigrat: non aquis fluuij riguo (distat enim  
plus, quam trecentis stadijs) sed suis fontibus, qui circa  
cum tractum permulti exiliunt. Oleum nihil deterius  
hoc nostrate habetur, nisi quod deterius olet, quoniam  
natura sole raro utatur. Mteries arboris dura: et ces-  
sa, colorem cætis utique repræsentat. Alia quædam ar-  
bos prunus habetur insignis magnitudine, fructum fe-  
rens natura, et magnitudine mespilis proximu, nisi  
quod rotundum nucleum habet. Florere incipit mëse  
Julio, fructum circa brumâ perficit, nec folia dimittit.

Qui

Qui circa agrū thebanū colūt, propter arboris copiā, fructū siccāt, lignō; exēpto ūdūt, offāsq; facūt. Nascitur peculiaris quedā materia circa Memphis: nō folijs, uel ramis, uel tota forma proprietatē sortita, sed affectione, quæ accidit: quippe facies eius spinosa, foliumq; filicibus nō absimile: sed cum ramulōs quisquā tēgerit, folia quasi hebetata cōcidere, tum tēpore altero post reuiuiscere, rursusq; virere affirmant. Atq; propria quidem eius regionis, tanquam si quis arbores, aut frutices dicat, insignia hec assignantur. Nam de ijs, quæ in fluvio, atque paludibus exēt, postea disseremus, cū de reliquis etiā aquatilibus uerba faciemus. Omnes autem huiusmodi arbores suis locis magnae, tū longitudine, tū crassitudine assurgunt. Itaque Circa Memphis, arborē tāta magnitudine esse ferūt, ut tres homines nequeant eius amplecti caudicē, cuius etiam materie cæsa commoda operibus est: admodum enim spissa, colorēq; celtis arboris est. In Africa uero celtis plurima, optimāq; gignitur, nec nō ex palius: quin & qbusdā partibus, ut Nassamonico agro, & apud Ammonē, aliōsq; existit. In Cyrenēsi aut̄ aū pressus, oleāq; optime prodeūt. Oleūmq; plurimū fit, sed omnium maxime peculiarare laserpitū est. Nam id quoq; copioſū ea regio profert, odoreq; suauissimū.

**D**e Celte, & Palturio, & palmis Africæ sitientis: & Mero monte, ubi Liberū patrē natū fabulantur, dēq; malo medica, & persica.



Eltis proprium genus præstat; magnitudine quanta pirus, aut paulo minore: incisuras folium habet, ac ilicis esse uideatur: materies nigra. Genera eius plura, fructibus inter se discreta prodūtur: fructus magnitudine fabæ, maturescit uariorum modo, uarie colores immutans: nascitur quemadmodum myrtæ aduersa inter se, densus super germina, gustatu inter Lotophagos dictos prædulcis, suis, innocuus, atque etiam bona frugis. Ventribus est suauior, qui sine ligno interiori est: nam uel genus huiusmodi redditur, & uinum eo exprimitur. Multa hæc arbor, fructuque copiosa est. Exercitum itaque Ophelia, cum in Carthaginem proficeretur, uel eo fructu diebus pluribus pastum conneatum defecit, accepimus. Est igitur in insula Lotophagia Pharide uocata larga copia, cæterū nō minor in continentâ, sed longior est: plurima enim hæc omnino in Africa, & paliurus, ut retulimus: quippe apud Hesperides hisce ad urendum utuntur. Sed hæc celtis distat ab ea, quæ Lotophagorū. Paliurus certe fruticosior est, folio huic nostrati simili: fructu diuerso, non enim lato, sed rotundo, rubrōque magnitudine, qua cedri, aut paulo minore: nucleum non mandēdum, modo acinorum paniculi habet: fructū uero iucundū per se, atque si quis unū infundat, tū ipsū suauiore, tū uinū suauius reddi assuerant.

asseuerant. Nonnulli cæltem arborem fruticosam, ramosamque tradunt, caudice firmo, uel fideli, fructu nuce obducto, parte externa minime carnosa, sed potius pelliculari: cibo nō tam dulci, quam gustatu aliás gratio, et uinum quod eo exprimitur, non nisi binos, aut ternos dies durare, dein acescere: suauorem itaq; frumentum apud Lotophagos esse, materiem autem optimā in Cyrenæa prouincia, tractumq; Lotophagorum seruidiorem confirmant. Radicem autem esse quidē mulco nigriorem, quam lignum, sed minus spissam, et ad pauciora commodam: quippe tantum ad pugiones, glutinamētāque usui est. Lignum, tibijs, et alijs plerisq; expetitur. Parte autem Africæ, qua nunquam pluit, pleaque alia, et palmas magnas, atque optimas prouenire aiunt. Ceterum ubi palma, salsilagine, et riguis esse locum, nec admodum in profundo aquam competriri, et dulcem, et ibi saltam inuicē propinquas. At ubi reliqua oriuntur, solum siccum, et omni aqua orbatum esse: alibi uero puteos etiam esse centum passuum, ut non nisi iumentis per uertiginē haurire possint. Quamobrem mirum quo tandem pacto effosse sint altitudines tam profundæ. Igitur aquas subditas palmis uel ad Ammonis delubrum esse ferunt, uerum differētiā, quam diximus, obtinet. Thymum quoq; parte pluvia carente, plurimum nasci, et alia pecuiliaris naturæ complura, atque etiam leporēm isthic agnī, et damam, et struthium, et alia ex genere bestiarum. Sed hec an locum aliquem bibendi gratia pertant,

tant, incertum est. Præseriūm cum post dies aliquot bibant, ut nonnulla ex urbanis tertio, uel quarto die potum ducantur. Serpentes autem, lacertæ, & similia, quod sine potu uiuere possunt, nulli dubium est. Afros hec onū madere affirmare aiunt, qui uel apd nos uermis quidam multipes, aterq; gignitur, sese in orbes conuoluens: hunc autem locis illis multiū admodū nasci, naturāque esse humidū narrant: rore uero partē carentē pluia, semper abundare: qua propter palmā, & si quid aliud humectis proueniat, p̄tīm eo, quod de terra ascēdit, parūm ratione cœli cōstat nutriti. Satis enim humoris est, pro magnitudine, & natura eorum, utpote siccā, & ē siccis constat: & pro desiderio arborum, quæ cum plurimæ non sunt, tum peculiares nascuntur. De la serpentio qualē naturam sortiatur, postea indicandum. In Asia uero apud singulos peculiaria quædam proueniunt: quædam namq; proferūt terræ, quædam nullo modo producunt, ut in Asia ederam, & abietē parte superiore Syria, itinere à mari quinq; dierū, enasci negant: sed in India uisam in monte, cui Mero nomen, affirmant, quo Liberum patrem oriū fabule aiunt. Quia de causa Alexander cū aliquando ex India descederet, coronatus et ipse, & exercitus ibat. Harpalus uero in Media tantum locare eā contendit, serendo sepe in ortis Babylonij, & curiose colendo, sed nihil efficere potuit. Hec enī nullo pacto uiuere ualebat, sicut reliqua, quæ aduecta de Græcia sunt, hospitari patiebantur. Hoc

i igitur ob

igitur ob cœli conditionem regio recusat. Et buxum uero, & tiliam uix summo conatu recipit: nam his et cultores hortorum uehementer laborant. Alia uero tum in arborum genere, tum in stirpe humili, peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortum, atque meridiem spectans, ut animalia ita etiam plantas preter cetera loca peculiares ferre uidetur, ut Media provincia, & Persis tam alia plura, quam malum, quam medicam, & persicam uocant. Habet hæc arbor folium simile, & penè æquale, atquè potulaca: aculeos quales pirus, aut spina acuta, sed leues, acutosque uehementer, & ualidos. Pomum eius nō manditur, sed odore præcellit, nec non & folium arboris odoratissimum est. Et si inter uestes pomum ponatur, inoffensas conseruat. Utile & cum medicinam mortificram quis biberit, uel ad oris suauem olientiam: quippe si quis interna pomi in iure, aut aliquo humore concocta in os expresserit, digesseritq; suauem halitum reddet. Semen detractum uere sulcis seritur diligenter cultis, rigatur deinde quarto, aut quinto die: cum autem maiuscula fuerit, transfertur uere iterum ad molle, riguūmque solum, nec ualde tenue, tæle enim desyderat. Fert poma omnibus horis, alijs decidentibus, alijs subnascentibus, alijs maturescientibus: floribus his tantum fructus enascitur, qui (ut diximus) ueluti colum quandam extantem, in suo medio gerunt: qui enim ea caret, infœcundi labuntur. Seritur etiam fistilibus in uasis perforatis, quæ admodum

admodum palma. Hæc itaque (ut dictum est,) Persicæ, Mediæq; familiaris habetur.

**C**De ficu indica, aliisque multis Indiæ arboribus. Quotque hebeni sine genera. De Terebin tho indica. De lanigeris arboribus, necnon seminibus, & herbis Indiæ. De oriza. De spina candida, quæ herculacea dicta est.

## CAPVT

V.

**F**icica autem regio, arborem ficū uocatam sortitur, quæ ē ramis radices dimittit singulis annis, ut primo uoluntate retulimus: dimittit autem nō ex nouellis, sed ex anniculis, atque etiam uetustioribus. Illæ se terræ coniungentes, ceu se pem circum arborem faciunt, ita ut ueluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines solent. Radices autem nascentes euidentissime à ramis discernuntur: sunt enim albiores, hirtæ, tortuoseque, bināque fronde foliatæ. Item arbos comam superanam lasciuam gerit, totāque fornicate abitu pulchre orbiculatur, & magnitudine uehementer excellit: quippe umbram bino studio facere fertur: & crassitudine caudicis, plerasque ultrà, quam sexaginta graduum orbem colligere, magna uero ex parte quadraginta. Folium pelta non minus habet: Fructum admodū paruum: magnitudine ciceris, ficui similem: quā obrem Græci ficum eam arborem appellabāt. Pas

ij

rum

rum mirum in modum fructificat, nō tantum pro ma-  
gnitudinis desiderio, uerum etiam omnibus rebus: na-  
scitur arbos hēc ārca Acesinam amnem. Est & alia  
arbor & magnitudine insignis, & suauitate fru-  
ctus, amplitudine ēque mirum in modū præcellens: hoc  
sapientes Indorum, qui nudi degunt, cibo utuntur.  
Alia cui folium specie prælongum, simile pennis stra-  
thiorum, quæ super galeis imponuntur, longitudine  
duorum cubitorum: Alia cui fructus longus, nec re-  
ctus, sed cōtortus: cibo dulcis, sed morsus in alio, dif-  
ficultatesque facit intestinorum: ob id Alexander ne  
quis māderet, interdixit: Alia cui fructus similis cora-  
nis. Sunt & alia plura ijs diuersa, quæ Græcia gignit  
sed nomine carent: nec mirum quicquā ex eorum  
proprietate putandum. Nam (ut quidam referunt.)  
nulla omnino arbor, nullus frutex, nulla herba simi-  
lis ijs comperitur, quæ in Græcia proueniunt, paucis  
exceptis. Hebenus quoque eius regionis uernacula  
est. Huius duo genera constant, alterum materie lau-  
datum, pulchrūmque: alterum uile, uitiatumque. Ra-  
rum, quod præstantius: reliquum permultum habe-  
tur: colorem commendatum, non re condita, sed sta-  
tim sua natura capescit: fruticosa est cytisi modo.  
Ferunt & terebinthum haberi, ut alij similem tere-  
bintho: cui folia, & rami, & reliqua omnia terebin-  
tho similia: fructus autem diuersus, similis enim amygdal-  
alis. Nam & in Bactris terebinthum hanc esse, fer-  
réque nuces amygdalarum magnitudine: quoniam  
non

non magnas, sed uisu similes, & suauitate amygdalis prestantiores, & ideo loci illius homines his polius uti. Plantæ autem ex quibus uestes conficiunt, folium moro simile habent, corpore autem toto rosis caninis proximæ cernuntur: seruntur ordinatim, qua propter è longinquo aspicienti, uites apparent. Palmas quoque nonnullæ partes plerasque habent. Hæc in arborum genere. Fert & semina propria, alia leguminibus similia, alia tritico, alia ordeo. Cicer enim, & lens, & reliqua nostræ regionis ibi haudquaquam habentur, sed alia quædam nascuntur, quibus edulia proxima conficiuntur: nec discerni queunt, ut ferunt, nisi quis audiuerit. Est & ordeum, & triticum, & genus quoddam aliud ordei sylvestris, quo & panem suauem conficiunt, atque alicam bonam. Id Græcorum equi cum principio manderent, interibat: deinde paulatim, cum paleis assueti, nihil penitus lœdebatur. Serunt potissimum quod orizam uocant, id semini nuncupato simile est, pistumque tanquam alica, redatitur concoctu per facile, a spectu lolij simile. Statq; magna parte temporis in aqua: effundit non spicam, sed ueluti iubam modo milij, atque panici. Est enim aliud, quod Græci φωκός, id est lentem uocabat, hoc uisu feno græco simile est: metitur circa uergiliaru[m] occasum. Interest etiam terræ ipsius ratione, quod quædam omnia ferat, quædam non ferat. Quippe montuosa & uitæ, & oleam, & nucum pomorumque uniuersum possidet genus: uerum oleam ste-

i iij rilem,

rilem, & natura penè inter oleastrum, atque oleam. Item specie tota distat, & folium latius hoc, angustius illo. Hec in India. In regione autem Aria dicta, spina est, ex qua lachryma gignitur, illyriæ similis tam uisu, quam olfactu: hæc ubi sol illuxerit, defluit. Quin & alia multa preter hæc nostratia tum agris, tum annibus proueniunt. Alijs locis spina candida nascitur ramis ternis, ex qua regulas, atque baculos faciunt: succosa, humoris lactei, fungosaque est. Herculaceam hanc appellant. Est etiam aliud, stirpis humilis: magnitudine quidem raphani, folio uero tam magnitudine, quam forma lauro simili: id qui comedenter protinus moritur. Quocirca ubi equi adessent, nunquam eos à manibus laxabant. Codrosie prouinciae nasci quiddam folio laurino referunt, cuius quantulumcumque iumenta comedissent, mox interibant: similiter affecta distentaque, atque illi, qui morbo comitali uexantur. Aliam autem esse spinam, folio nullo, radice singulari: aculeum potissimum quoque in nodo gerentem, quo fracto, aut attrito, succum lacteum multum effluere, qui ceteris omnibus animalibus cæcitatem insert. Homines autem.

Quibusdam item locis herbam quan-  
dam exire sub quæ serpentes minutos admodum con-  
natos manere: quorum ictu, moriendum protinus es-  
set, cum herbâ quisquam aggressus fuerit. Quin &  
à palmis incœctis strangulari, qui comedenter: idque  
postea

postea perspectum. Sed huiusmodi vires, tam anima-  
lium, quam plantarum, uel apud alios forsitan com-  
periri possint.

**C**Arbores odoratæ ubi nascantur, & quæ sint.  
Quid ferat septentrio. Item quid quoque loco  
proueniat. Quid in Creta, Rhodo, Lycia, Pô-  
to, Propontide. Quid Thmolus, Olympus, Ida,  
quidq; multi alij montes ferant. Quæ in toto  
orbe loca ad Naualem materiam.

## CAP V T VI.

I Nter plantas autem omnium maxime  
superfluent, plurimùnque à reliquis  
distant, quæ in Arabia, Syria, Indiâ-  
que odoratæ nascuntur: Ut thus, mir-  
rha, casia, laser, cinnamomum: quot-  
quot alia huiusmodi, de qbus alio uolumine plene re-  
tulimus. Ergo plagis ad exortum, meridiémque uer-  
gentibus, & hec ipsa peculiaria, & alia his plura  
proueniunt. At uero septentrionem uersus non ita  
est: nihil enim effatu dignum narratur, præter cōmu-  
nes has arbores, quæ & loca frigida amat, & apud  
nos quoque reperiūtur: ut pinus, robur, abies, buxus,  
castanea, tilia, reliquæ similes. Nihil enim præter hæc  
aliud habetur, sed potius ex humilibus quedam, lo-  
ca algentia querunt, ut febrifuga, absinthium. Item  
quæ radice, succōue medentur, ut ueratrum, agitato-  
riū, scāmonia: cuncta ferè, quorum radix expeditur.

i iij Quedam

Quædā enim in Ponto, ac Thracia gignuntur: quædam circa Oetam, Parnasum, Pelium, Ossam, Partheniū. Multa etiam in Arcadia, et agro Idaico exēunt: nā ea quoq; regio medicaminibus scatet. At odoratorum nihil in his penitus, cōsecratiē excepta, quæ in Illyride, et circa Adriā prouenit: et laudata quidem, ceterisq; longe præstantior. Verum in feruidis, meridianisq; locis, uelut ex opposito, copia odoratorum habetur. Cupressum quoque loca feruida magis habent, ut Creta, Lycia, Rhodus. At ex ijs, quæ manuescere possunt, laurum, myrtū, quæ minime in frigidis durare affirmant, minusque myrtum: argumentoque capiunt, quod in Olympo laurus multa, myrtus nulla omnino: in Ponto autem toto neutra est: quamquam summo studio, omnique solertia serere conantur ad usus religionis. Fici tamen multæ, magnæq;, et puniceæ, amplæ opacitatis habentur: quin et piri, et mali permultæ, ac uarij generis, maiorem in modum: bonæq; frugis, et uerne, præterquam si quæ serotinæ. Ex sylvestribus uero robur, ulmus, malus, et similes: sed pinastrum, abies, atque picea desunt, et omnino quæ tedam in se se gerunt. Humida hæc autem, et mulcè deterior sinopenſi: quapropter non multus est eius usus, nisi ad ea, quæ sub diuo. Hæc circa Pontum, aut certe locis quidem eius quibusdam haberi nouimus. In Propontide uero, et myrtus, et laurus montibus, multis in locis prouenit: sed fortasse sunt etiam quæ locorum propria ponibeaunt,

beant, quippe cum singula (uti retulimus) diuersa secundum materiam habeant: non solum quo locisdem meliorem, deterioremque possideant, uerum etiam quod ferant, nec ne: Ut Thmolus, Olympusque mysius nucem, & castanam plurimam ferunt: item uitam, malum, punica. At Ida, quibusdā earū caret: quibusdā proras habet. Et circa Maædoniā, & Olympū pieriaum, quædā earū cōperiūtur, quædā minime: in Eubœa uero, & arca Magnesiā cuboicæ multæ quidē habetur, è reliquis autē nulla: nec circa Pelium, nec reliquis montibus tractus istius. Quin & ad naualem materiem locis ibidem exiguus est, & omnino in uniuerso terrarum orbe. Quippe cum Europe, Maædonia, & Thracia, & Italia tantum habere uidentur: Asia uero, Cilicia, Sinope, Amysus, adhæc Olympus, & Ida, uerum nō multum. Cedrum enim Syria gignit, eaque ad trentem utuntur. Et ea uero, quæ aquas adamant, ac seclusis fluuios degunt, pari modo intelliguntur.

**D**e platano, & Algarum generibus, ac bryo: item de marinis, queru, & abieti, & uite, & fici, & palma. CAPVT VII.



Latanū enim esse in Adria negant, præterq; circa Diomedis delubrum: inq; uniuersa Italia raram esse affirmant, quanq; multi, magniq; fluuij utrobiq; diluunt: sed locus planè reuare

sare uidetur. *Dionysius tyrannus maior, ambitiosius*  
*contendens in R̄hegio cōseuit in hortis eas, quæ nūc*  
*in gymnasio stant, nec ullam magnitudinē capere pos-*  
*sunt: contrā, alia loca platanum habent plurimā, alia*  
*ulmo & salice scatent, alia tamarice, ut H̄emus.*  
*H̄ec igitur, quemadmodum diximus, locorū propria*  
*poni debent pariter in sylvestribus, atque urbanis. Cē*  
*terum in quibusdam fieri forsitan potest, ut ager cultu*  
*diligentissimo adhibito ferre queat: quot uel nunc, &*  
*animalium, & plātarum quibusdā cuenire uidemus.*  
*Summam uero differentiam naturæ arborum, &*  
*ad summam plantarum existimandum, ut inter pri-*  
*ma retulimus, quād alia terrena, alia aquatilia ex*  
*plantis quoque, ut ex animalibus constant. Etenim*  
*non solum in paludibus, lacubus, fluijsq; uerum etiā*  
*in mari materie quādā proueniunt humiles, & in ex-*  
*tero etiam arbores. Quippe in hoc nostro exigua o-*  
*mnia naſcentur, & nihil ferè super mare emicat: at in*  
*illo, & h̄ec eadem excedūt, & alia de arboribus ma-*  
*iora lōge assurgūt. Nostri itaq; tractus euidentissima*  
*cōmuniſsimāq; algarū ḡna sunt: ignotiora uero, &*  
*maxime propria ratione locorū, abies, ficus, quercus,*  
*uitis, palma. Horum alia iuxta terram, alia pelagica,*  
*alia ambobus locis communia: & quādā multigena,*  
*ut alga, quādam unicum genus fortita. Nam alge*  
*quoddam genus, folio lato, colore herbido est, quod*  
*porrum quidam appellant, alijs cingulum: radice hir-*  
*ta, extrinſcaſ squamata, intrinſcaſ longa admodum,*  
*crassāque*

crassaque; plene cepige; bys non absimili: Aliud folio crinito, terrae ipsi adhaerens, saxeque a mari tantum alluitur: alterum altius degit, nascitur quidem in mari exterior circa Herculis columnas, mira magnitudine, latitudineque, ut ferunt, amplius, quam ut manu apprehendi possit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, porrumque id appellant: annum esse aiunt, & nasci uere desinente, uigore & estate, minui autumno, interior atque decidere hyeme. Quin & reliqua omnia nascientia de teriora, obscurioraque hyeme fieri. Hae itaque ceu terrena circa mare deprehenduntur: alga uero proueniens in alto, quam spongiarij pelagicam deferunt, in Creta insula iuxta terram, super saxa, plurima, optimaque prouenit: qua non solum uittas, sed etiam lanas, uestesque inficiunt, & quandiu recens infectio sit, color loge purpuram prestat. Gignitur parte aquilonia tu copiosius, tum melius, ut etiam spogie, reliquaque similia. Sunt alia graminibus proxima, quippe folio similis, & radice geniculata, loqa, oblique adhaerente, modo graminis, & caule calamaceo, ut gramen, magnitudine alga multo minora. Est aliud bryum dictum, folio coloris herbidi, amplio, nec lactucis dissimile: rugosiori tamen, & ueluti contracto: arret caule. Sed ab uno initio plura folia huiusmodi excidunt, & rursus ab alio. Nascitur super lapides, fictiliaque iuxta terram. Et minora quidem hec fermè trahuntur. Quercus autem, & abies terrenae quidem ambae spectatur: nascitur uero super lapides, atque fictilia: atrent

rent radicibus, sed modo patellarum adherent. Folii ambabis uelut carnosū, oblōgius, crassiusq;: et abieti crassius, frequens, nec leguminum siliquis absimile: concavum intus, nec quicquam intra se continens: querui tenue, ac potius tamaricis: color ambobus aequalē ad purpuram: forma tota abietis erecta, querens flexuosa, atque in latitudinem magis ampliata: ambæ uel multicaules fiunt, sed simplicior abies: rami abieti, longi, recti, soluti: querui breuiores, contortiores, spissioresque: magnitudo tota ambabus cū bitalis, parūmue altior, uerum maior, (ut simpliciter dicam) abieti. Quercus uel ad lanas inficiendas utilis mulieribus: ramis adnexa pendent pleraque animaliū testigerorum, subtèr alia quædam cauli ipsi adhærēt: ad quædam tota obesa ingrediuntur millipede, et aliæ quædam generis eiusdē, bestiolæ, quodq; polypi specimen gerit. Hæc itaque terrena, contemplatique constant facilia. Quidam autem uel alteram quercū nascētentem in alto referunt, quæ etiam fructum fert, et glans eius commoda est. Quin et alias magnitudine insignes quasdam compertas homines nantes, seq; summergentes referre, traditur. Vitis utroq; nascitur loco: Nam et terræ proxima, et pelagica est, et maiora fert folia, sarcina fructumq;. Ficus folio caret, nec magnitudine præstat, color corticei puniceus. Palma pelagica est, caudice admodum breui, uirgis rectis ferè, quæ subtus excurrent: nec in ambitu, sicut ramu uirgarū, sed uelut in latitudinē sigillatim cōtinua-

te,

tæ, nonnunquā etiā inter sese differentes. Virgarum autem, seu surculorum ipsorum similis natura quodāmodo est, folijs spinarū acanitarum ut soncis, atque similibus. Hi tamen erecti, nec quemadmodū illa, circū flexi, & folijs à mari corrosi: nā eo, quod medius caulis transmeat per totum, reliquū quoque aspectus proximum est: color his & caulis, atque uniuersæ plantæ ruber intense, atque puniceus. Et ea quidem, quæ hoc in mari prouenient, tot esse uidentur. Spongia nāq; quæ & physie uocatur, & quicquid eiusmodi, naturam alterā planè fortiuntur. In extero autē circa Gaditanum fretū, porrum (ut retulimus) nascitur, & ea quæ in lapidem transfigurantur, ut thymū & quæ lauriformia sunt, & reliqua.

**C**apud mare rubrum in Arabia nullam arbore prouenire præter spinam sitientem: idēmque mare beluis plenum, plurimāsque habere caniculas. De plantis, & arbusculis miræ nature: déque magnis arboribus in insulis, quas æstus operit. Item circa Persidem magnas esse arbores.

## C A P V T

## VIII.

 Ari aut̄ rubro uocato in Arabia p. au lo à Copto superius, arbos nulla in terra prouenit, præter spinam, quæ di psas uocatur, & hæc rara propter fer uores, & aquæ penuriam: quippe nō nisi quarto, quintōque anno pluit, & tunc impetuose, & breui tempore. At in mari nimurum excent, easq; laurum,

laurum, & oleam appellat: laurus ariæ similis ex to-  
to est, olea folio tantum: fructum olea proximū his no-  
stris oliuis parit, & lachrymam emittit, ex qua media  
sistendo sanguini medicamentum componunt, quod sie-  
ri laudatissimum solet Cum autem aquæ plures inæf-  
ferint, fungi iuxta mare quodam in loco erūpunt, qui  
sole tacti in lapidem commutantur. Mare hoc bellus  
refertum, plurimasq; caniculas habet: in tantū, ut nare  
tum non sit. In sinu autem Heroo cognominato, ad  
quē descendunt Aegyptij, laurus est, & olea, & thy-  
num: uerum nō uiridia, sed lapidis specie parte à ma-  
ri eminēte, similia tamen uiridibus tam folijs, quam ger-  
minibus. Colos quoque floris in thymo, tanquam non-  
dum perfecte floruerit, liquido deprehenditur. Lōgi-  
tudo arbuscularum cubitorum ternorum est. Qui uero  
ex Indiā missi ab Alexādro nauigarunt, platas mari-  
nas, quoad in aqua sint, colorem algæ minutæ habere:  
cum uero exēptæ, ad solem ponuntur, mox sali similes  
fieri narrauerunt. Iuncos quoque lapides apud mare  
id prouenire, quos nemo uisu à ueris potuit discernere.  
Eo mirabilius referunt nasci arbusculas quasdam,  
colore cornu bubuli, ramis asperas, & cacomini bus ru-  
betes, quas cum compressius tractantur, frāgi, & igni  
iniectas, ut ferrū exardeſcere: restinctas tamē trāquil-  
lari, ac eundem colorem seruare. Insulis autem quas  
operit æstus, arbores nascent in gentes, magnitudine pla-  
tanorum, populorumq; altissimarum: & contingere,  
ut cum æstus inuasit, reliquæ omnes totæ integrantur,  
maximarum

maximarum uero circumflexa extent, ad quæ naues re= ligentur: cumq; æstus reæsserit, ad radices æquo modo annexi possunt. Folia arboribus Laurea dicunt: florē uiolæ, & colore, & odore: fructum magnitudine oliue, & hunc odoris admodum boni: folia nunquam decidere, florem & fructum primo autumno nasci, uere defluere. Alias quoque uisas in eodem mari semper folia retinentes, & fructum lupino similem ferentes retulerant. Circa Persidem Carmaniae contermi= nam, qua maris æstus fieri solet, arbores magna simili= les potulacæ tam forma, quam folijs spectantur, fru= ctum plurimum ferentes: amygdalis similem extrinse= cas, interna uero singulis quasi connexa inuolutan= tur. Subrodūtur istæ arbores omnes à mari parte me= dia, stāntque radiis polyporum modo: cum enim æstus reæsserit, omnia inspici possunt. Aqua uero nul= la omnino eo in loco est. Riuui namq; aliqui relinquuntur, quibus nauigat, qui ex ipsis maris particulae sunt. Quamobrem constare quidam existimant, quod ipso mari aluntur, non aqua: præterquam si quid è terra stirpibus attrahant. Quod tamen ex ipsum falsum es= se haud dubie intelligi potest, quippe cum ne in pro= fundum quidem radices descendant. In totum genus idem mari, atque terra nascentium esse uolunt: & ma= rina quidem pusilla, & ficus specie prouenire: terre= na uero magna, atque uiridia, floreque odorato, & fructu modo lupini.

**D**e arboribus, quæ in Tylo insula, quarū nō nullæ lanigeræ sunt. De plantis, quæ in amnibus, paludibus, stagnisq; proueniunt: déque Papyro, Sari, Mnasio

CAPVT IX.

**N**Tylo autē insula, quæ in sinu Ara bico est, parte ad orientem spectante, tanta n arborum multitudinē esse af firmant ubi aestus recesserit, ut locus frequentissimo uallo munitus relin quatur: atque his omnibus magnitudo, que fico: flos odore excellens, fructus ingustabilis, & uisu lupino similis. Lanigeras quoque arbores multas eadem insulam ferre proditum est: his folia uitigena gerere, uerum minora, fructum nullum. Id in quo lana contineatur mali amplitudine cerni, uernum na scens compres sum, cum tempestiu& maturitatis sit, aperiri: & lanam excipi, qua telas texūt, alias uiles, alias pretiosas. Hoc idē & in India (sicut dictum est) & in Arabia fieri as seuerant. Esse etiam alias arbores flore uiolæ matronalis affirmant, uerum sine odore, magnitudine uel quadruplo uiola maiore. Est & alia quædam arbor foliosa rosæ modo, florisq; roseis: hunc noctu compri mi, solis exortu aperiri, meridie in plenum expandi, uesperi iterum colligi paulatim, noctuq; concludi: incole eum dormire tūc dicere assolent. Quid in & palmas & uites, & genera nuauim, pomorūmque, & ficos, quibus folia nunquam decidunt, nasa eadem in insula affirmant. A quam coelestem fieri quidem, sed non ad

ad fructus usui esse, sed fontes in insula esse permul-  
tos, quibus omnia rigentur: & eam aquā frumenti,  
arboribꝫ que magis prodeſſe: qua de cauſa, post plu-  
uiam protinus hanc perfundunt, quasi illam abluere,  
atque abſtergere uelint. Et arbores quidē maris exte-  
ri, quæ hactenus exploratae habētur, tot ferē eſſe cō-  
ſtat. De ijs autem, quæ in amnibus, paludibꝫ, stagnis  
q; proueniunt, deinceps dicendum eſt: quæ locis huius-  
ſcēmodi degant, tribus generibus conſumari omnino  
uidētur. Sunē enim alia arbores, alia ueluti herbacea,  
alia fruteticia. Harundinem, gladiolum, fleū, iuncū,  
butomum, quæ omnibus ferē fluuijs, locisq; eiusmodi  
cōmunia ſunt: nonnusq; & rubi, & paliuri: & arbo-  
res, ut salix, populus, platanus: quædam uſque adeo,  
ut a qua occultentur, quædam ut parum excedat: quo-  
rundam radicis, & caudicis aliq[ue]d tantum in aqua,  
reliquum totum corpus extrā pateſcit. Hoc enim fa-  
lici, alno, platano, tiliæ, deniq; omnibus aquarū auidis  
euenit: quæ & ipſe omnibus ferē fluuijs cōmunes cer-  
to intelliguntur. Nam & in Nilo platanus prouenit,  
non tamen multa, atque etiam populus eſt rarer: at  
fraxinus, & quæ bubula fraxinus cognominatur,  
plurima eſt. Quæ itaq; in Aegypto naſcuntur, in to-  
tum quidem numerosiora utique ſunt, quam ut mem-  
bratim enumerari queant. Cæterum (ut ſimplici, ac  
absoluta ratione agamus) omnia cibo idonea, ſuccos  
que dulces habentia perapiuntur: sed præſtare dulce-  
dine, copiāque alimonia tria illa uidentur, Papyrus,

Et quod uocatur Sari, et tertium, quod Mnasiū ap-  
pellant. Nascitur papyrus non in altitudine gurgi-  
tum, sed propè intra duo cubita, nonnusquam etiam  
minus: crassitudine radicis qua uola uiri robusti, lo-  
gitudine super dena cubita prouenit: super terram  
ipsam radices obliquas, tenues, densasque in limum  
demittens sursum, quos papyros dixerat, profert,  
triquetros, angulatos, magnitudine quaternorū fer-  
mē cubitorum, coma inutili, exilique fastigiatos: fru-  
ctus nullius fœcundos, hōsque ex multis partibus mit-  
tit. Radicibus pro ligno utuntur, non tantum ignis  
gratia, sed ad uasa quoque plurifariam facienda.  
Quippe materiem amplam, probānque præstant.  
Papyrus ipse ad plurima utilis, etenim ex eo nauigia  
faciunt, et è libro uela, tegetesque texunt: et ue-  
stem quandam, atque stragula, ac funes, aliaque  
plura. Et quidem externis hominibus chartæ euiden-  
tissimæ habentur: sed summaria, frequentissimam  
que opem, et in re cibaria præstat. Omnes enim in-  
cole, et crudum, et elixum, et assūm manducant,  
et succum deuorant: manducamentum autem expu-  
unt. Talis papyrus est, talesque usus præbet. Nasci-  
tur et in Syria circa lacum, quo et calamus odora-  
tus: unde et Antigonus in re nauali funes fecisse  
proditur. Sari in aqua prouenit, circa paludes, pla-  
naque ubi amnis recesserit: habet radicem prædurā,  
flexuosamque: ex qua, quæ saria uocant, excunt: his  
longitudo duum cubitorum, crassitudo pollicaris.

Triangulum

Triangulum id quoque papyri modo, & comam similem gerit: qui manducant, eius quoque manducamentum expuunt. Radice fabri ferrarij utuntur: carbuncum enim optimum facit, propter ligni duritiam. Manus sium herbaceis annumerandum, itaque usum nullum exhibet, praeterquam in re cibaria. Dulcedine quidem prestare tradita haec sunt. Nascitur etiam aliud in paludibus, stagnisque, quod terram minime attingit: natura lilijs simile, sed foliosius, & folia inter se se quasi uno condita uesti, color viridis admodum: usus eius medicis ad mulierum profluvia.

**D**e faba loto, & corsio loti radice, & malinathalla.

## CAP V T X.

Aba in paludibus, stagnisque exit. Caulis eius, qui longissimus, quaterna cubita perficit: crassitudo digitalis est, sinulis calamo molli, non geniculato, rimas intrinsecus habet tendentes per totum lilij modo: caput super hunc fauo orbiculato uestparum non absimile. Inque singulis cellis singulæ fabæ continentur paululo super id eminentes, multitudine plurimum terdenæ: flos duplex, quam papaveris, color roseus in plenum caput: super aquam folia ad singulas fabas amplexa excunt: fabam quamque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum patescit. Fructus ita se habet. Radix crassissima, harundine plenior, rimas similiter, atque caulis habens: manditur, & cruda, & elixa, et

l2 ij affa,

assa: eoque cibo, qui incolunt paludes, utuntur. Nascitur itaque sponte uel plurima: ceterū, & serit in lino, paleis large admīstis, ut descēdat, incorruptaq; maneat, sicq; fabeta faciunt. Sin autem semel apprehenderit, perpetuō manet: radix enim ualida est, nec procul harundinum stirpibus, uerū spinis subhorres: quā obrem crocodilus eam refugit, ne occurrēs oculo offendatur: quoniā acute nō uidet. Nascitur hæc etiam in Syria, Ciliciaq; sed tractus ipsi non plene conficiunt. Et circa Toranam agri calcidici quodam in lacu exit, magnitudine mediocri, ubi & percoquitur, & p̄ficitur, & in plenum fructificat. Qui lotus uocatur, planis parte maximi prouenit, cum rura inundatur: huic natura caulis similis fabæ, & fructus eodem modo, uerum minores, gracilioresque. Nascitur fructus in capite, modo quo in faba, flos candidus, lilij foliorum angustia proximus: multi, ac densi promiscui exeunt. Sole occidente se comprimunt, caputque integunt, ad ortum aperiuntur, & super aquam a surgunt: idque facit dum caput perficiatur, florēsq; defluant: capitis magnitudo quanta papaueris maximi, & percingitur incisuris non alio modo, quam papauer: nisi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non absimilis est. In Euphrate caput, floresque mergi referunt, atque descendere usq; in medias noctes: tantumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere sit: diluculo deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente iam extra undas emere gere,

gere, floremq; patefacere: quo patefacto amplius  
 insurgere, ut plane ab aqua absit alte. Aegyptij capi-  
 ta ipsa aceruis putrefaciunt, cumque tegumenta pu-  
 truerint, in flumine lauando separant fructum, &  
 siccantes, pinsentesq; panem faciunt, eoque cibo  
 utuntur. Radix loti corsium appellata, rotunda est,  
 cotonei mali amplitudine, cortice nigro, quali nux  
 castanea tegitur: corpus internum, candidum, eli-  
 xum, assimique in specimen albuminis uertitur, gra-  
 tum cibis: manditur etiam crudum, sed gratius deco-  
 etum, seu aqua, seu pruna. Quae non nisi in aquis co-  
 periri queant, tot ferè explorata habentur. Locis au-  
 tem arenosis, haud procul à fluvio nascitur terrenū,  
 quod malinathallam appellant, figura rotundum, ma-  
 gnitudine mespili, sine nucleo, sine cortice, folia ut  
 gladiolus mittit. Hec incole legentes in brito ordea-  
 ceo decoquunt, dulcia admodum efficiuntur, hisque  
 pro bellarijs utuntur. Omnia nascientia inibi bobus,  
 pecoriique cibo idonea sunt. Sed inter omnia genus  
 quoddam præstantius stagnis, paludibusque exori-  
 tur, quod et uiride pascit, et siccatum bobus hye-  
 me præbetur. Est etiam aliud frumentis sponte inter-  
 nascens, quod cum syncerum à frumento secrete-  
 rent, leuiter pinsentes, hyeme, solo humescente se-  
 runt: editum metunt, et siccant, atque ita bobus, ea-  
 quis, iumentisq;, id quoque cum fructu subnascen-  
 te, pabulo præbent: fructus magnitudine sesamæ, ro-  
 tundus, colore uiridis, bonæ frugis maiorem in mo-

12 iii dum.

dum. Hæc ferè superuacua in Aegypto notari posse sunt.

**C**fluuiorum singuli quid priuatim ferant. De tribulo, ac plantis lacus Orchomenij, quæ sunt salix, oleagnus, sida, harundo tibialis, gladiolus, phleum, tipha, mentiflora, icma, ipnum.

## CAP V T

XI.



Luuiorū singuli priuatim aliqd ferre uidentur, ut & loca terrena: Nec enim tribulus in omnibus, nec ubique erūpit, sed palustribus fluminum tātū: altitudine cū profundissima quianorū cubitorum, aut paulo profundiore, ut in Stry mone fluuio. Tanta penē & harūdo, & reliqua prodeunt: nihil autem eius excedit, præterquā ipsa folia inflexa quodammodo, & occultantia tribulum. Tribulus ipse mersus in aquam, pronus ad imum uergit: folio ampio ad effigiem ulmei, pediculo admodum longo, caule parte summa quidem crassiori, unde folia frustisque dependent: inferna autem gracilio ri, continue usque ad radicem capillamenta quædam indidem exorta gerente, quæ maxima ex parte aduersa inter se congruunt: nonnulla etiam discrepant, subitus ab radice ampla exeunt, superiora assidue ad minus, minūsque procedunt, ut postrema omnino exigua sint, & differentia magna ab radice ad caulem exultet: pleraque lateralia germina

mīna insurgant, quippe terna, quaternaq;: quorū maxīmū assidue, quod ab radice proprius absit, tū quod post id sequitur, & reliqua deinceps pro ratione. Germen ipsum, quod latere promittur, uelut caulis alter est. Primo quidem gracilior, sed folio, fructūque similis: fructus niger, durusque uehementer: rā dicem quantam, qualēmque habeat, quærendum. Tālis natura tribuli est: Nascitur semine decidente, ger mēnque in uere suum emittit: radicem alij annuam, alij diuturniorem affirmant, & caulem ex ea ori ri. Hoc igitur quærendum proprium, præter ea, quæ reliquis insunt. Capillamenta illa cauli adna scēntia intelliguntur: hæc enim nec folia, nec cau les esse uidentur: nam lateralis quidem ipsa germinatio communis harundine, alijsq; habetur. Propria itaque priuate, cōmunia publicè contemplari cōgruē est. Quin & secundum loca diuidendum, ut si alia palustria, alia lacustria, alia fluvialia potius sint, aut etiā omnī locorū cōmunia: & quænam in humido, ac sicco eadem nascātur, & quæ in humido tantum: utq; simpliciter agam, ad ea quæ uolumine primo ex posuimus cōmuñissime digerendū est. Lacu itaq; Or a chomenio arbores, materiæque humiles illæ proueni unt, salix, oleagnusque, oleæ, amerinæq; speciē præ fert, sida, harūdo tibialis, & reliqua, gladiolus, phle um, tipha. Ad hæc mensiflora, icma, & quod ipnum appellant. Quod enim lenna uocatur, altius mergi tur in aqua. Horum reliqua quidem explorata habē tur.

tur. De oleagno, sida, mensiflora, icma, ipnóque,  
quæ alijs quoque locis forsitan proueniunt alijs ap-  
pellata nominibus, referre debemus. Est oleagnus na-  
tura fruticosa, nec cæteris amerinis absimilis folio:  
Figura quidem proximo cæteris, sed molli, ut malus,  
lanuginosóque: flore populi albæ, uerum minori,  
fructu nullo. Nascitur plurima super insulas fluitan-  
tes. Sunt enim & in eo quædam fluitantes, ut in Ae-  
gypto circa paludes, & in Thesprotide, alijsque  
stagnis. sed ille minus aqua implentur. Talis est olea-  
gnus. Sida specie papaueri similis est: tale etenim ca-  
put gerit, nisi quod amplius: ad portionem magnitudi-  
nem mali tota amplitudo, nec nudum, sed candidis  
membranis intectum: hisque forinsecus folia herbea  
scentia proxima rosis adhuc in calice contentis, qua-  
terna se applicant, apertum grana rubra ostendit: fi-  
gura non modo papaueris, sed orbiculata, exigua,  
nec multo milio maiora. Saporem dilutum quendam  
ut triticum, reddit: crassatur æstate, pediculo paruo  
annectitur: flos calici roseæ similis, sed maior, et fe-  
rè duplex magnitudine. Hunc itaque, & folium su-  
per undas emicare affirmant: mox cum defloruerit,  
fructusque compilatus sit, magis in aquam declinari,  
demum terrâ attingere, fructumq; fundere. Fructus  
care autem in lacu tria, hoc & butomū, et phleum,  
proditū est: fructum butomi nigrū dicūt, magnitudi-  
ne sidae proximum. Phlei anthellam uocatam, quo  
ad lixiuum utuntur, id placetaceū quoddā est, molle,  
rubidum:

rubidū: & phlei uero, & butomi fœmina sterilis est,  
ad nexus utilis, mas inutilis. De icma & mensiflora,  
& ipno querendum. Peculiare inter hæc maxime ti-  
pha est, partim quia folio caret, partim quia non ut  
reliqua radice numerosa adhæret: nam illa deorsum  
uersus non minus turgent, uiresque intendunt: potis-  
simo gladiolus sicut etiam gramen: qua de causa diffi-  
cile hec intereunt, & omnino genus eiusmodi uniuersum  
diuturnius est. Radix gladioli plurimum inæqua-  
litate à ceteris distat, quod pars quedam crassa carno-  
sa que sit, quedam gracilis, atque lignosa. Quin &  
germinatione, generationeque refert: Nascitur enim  
de ramaceo illo radix altera tenuis, iuxta latus: deinde  
caro rursus in eo cōglobatur, ex qua se se caulis pro-  
mit, in quo positum germen est. In profundum quoque  
radices eodem modo demittit: quamobrem omnium  
maxime mori contumax, euelliq; difficilis est. Proxime  
ferè gramen è geniculis oritur: radices enim genicula-  
tæ, atque è singulis germen sursum, radix subtus eri-  
pit. Pari modo, & spina que ccanoibos appellati  
germinat, uerum huius radix non harundinosa, neq;  
geniculata est. Hæc prolixius propter suam affinitas  
tem placuit explicari. Utroque autē loco, id est & ter-  
ra & aqua, salix, harundo (excepta tibiali) gladio-  
lus, tipha, phleum, butomum exēit: Sida in aqua tan-  
tam: De tipha ambigitur. Maiora autem melioraque  
semper inter utroque loco nascēntia, quæ in aqua exē-  
cunt esse affirmant, Insulis quoque fluitantibus non  
nulla

nulla eorum prouenire, ut gladiolum, butomū, phleū: ita ut partes easdem omnino seruent. Cibo idonea ex nāsēntibus lacu, sida, & ipsa, & folia ouibus, germē suibus, fructus hominibus: phlei, tiphæ, butomiq; pars tenera ab radicibus proxima est, ut quā pueri parvuli potissimum mādunt. Radix sola phlei peccidibus pābulo est: cū aut̄ squalor uiget, nec humor, q̄ perlueret, lacu mina, incessit, omnia squalent, quae stagnis degūt: sed pr̄cipue harundo, de qua utique indicandum restat: nā de ceteris ferè omnibus satis iam dictum est.

**D**e harūdinibus, quarū genera duo, dēq; sagittaria, quæ appellatur à quibus dā cretīa. Ca. XII



Arūdinis duo genera tradūt, tibiale, & reliquā. Quippe unū genus reliqua deprehēdi, sed inter se inuicē firmitate crassitate, tenuitate, exilitate eq;. Crassā, & ualidā uallatoriā uocant: alteram autem texilem. Nasci texilem super insulas fluitantes, uallotoriam in comythisbus. Comythes uocant ubi aceruata harūdo, implexāq; mutuo radicum raptu sit: quod sit locis stagnorum, ubi tellus pinguis, letāq; est. Nonūquā etiā ubi tibialis, uallatoriā gigni: longiorē quidem, q̄ reliqua uallatoria, sed uermibus erodendam. Huius differentias eis tradunt. Tibialitē quandam nono anno prouenire nonnulli uolunt. Hūc quoque ordinem generandi statuunt, quod error est. In totum enim auctō lacu enascitur. Sed quoniam id superiori tempore nono anno potissimum euenire uideretur,

deretur, ortum quoque harundinis talem esse credidere, euentum fortuitum pro ordine certo capientes. Gignitur uero copiosior, meliorque, cum post imbreſ frequentes biennio, cum minimum aqua permansit: quod maxime posteriori tempore factum meminere, cū in faustum illud Cheronie accidit: quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinem extendisse, post, ubi uehemens pestis invasit, impletum quidem affirmant: sed cum inundatio non permansisset, sed hyeme de- creuisset, sic & harūdinem prouenisse. Fertur enim, uideturq; aucta altitudine lacus, duranteque inunda- tione crassari harundinem: & fieri crassatam quidē armamentarium, bombyciam uero, cum non aqua per- manserit. Generationem itaq; talem tradidere. Distare autem à reliquis harundinibus armamentarium (ut in uniuersum capiamus) præstantia quadam nutricatio- nis naturalis confirmant: quippe pleniorem, carno- siorem, in totumq; facie fœminæ lasciuiorem spectari: etenim folium amplius, candidiusq; habere & minus lanuginis, quam ceteræ: quasdam etiam omnino nihil habere, quas & nomine spadonū appellat. Hinc paria optima fieri quidā affirmat, sed pauca tamen in opere bene succedere: cedi tēpestue solitas, usq; ad Antige- nidē, cum adhuc simplicius tibia uterentur sub arctu- ro, mēse septēbri: quippe sic cæſas plerisq; quidē post annis utiles esse incipere, multaque interim exerci- tatione sonandi indigere, sed ora linguarum compri- mi, quod erat illis theatrorum moribus utilius: sed postquam

postquam uarietas, fictioq; acceſſit, cæſura mutata  
est. Cædunt enim nostra ætate, mēſe Maio, & Iunio,  
quasi paulo ante ſolſtitium uel ſub ipſo ſolſtitio: & fie-  
ri utiles in trimatu referunt, & breui exercitatione  
egere linguaſque diſiectu deſlecti: quod hiſ neceſſariū  
eſt, qui ſonos fingant, & multifariam deſtant. Hæc  
armentariae cedendæ tempora tradunt. Præparatio  
uero, & coſectio hunc in modum fieri ſolet: Cum col-  
legerint, hyeme ſub diuo exponunt ſuis ueſtitam tuni-  
cis, uere autem diſpoliatam, attrituque expurgatam,  
ſoli expandunt: ætate poſthac conciſam in internoa-  
dia, rurſum ſub diuo, ad tempus quoddam exponunt,  
reliecto internodijs ſuperiori geniculo. His longitudo  
palmo nunquam minor: optima ex internodijs ad' pa-  
rium conſtructum, media totius harūdinis molliſſima  
paria gerunt, que aduersum germina excunt: durissi-  
ma, que proxima radici habentur. Linguis eodem in-  
ternodio exemplas congruere, cæteras eſſe discordes:  
proximam ab radice leuam ponit, dexterāque germi-  
na uerſus pateat, incifo duas in partes internodio. Os  
linguae utriusque ſecundum calami inciſuram faciūt,  
& ſi quo alio modo lingue confiantur, nō ſatis eis  
congruere. Talis præparatio, atque coſectio eſt. Na-  
ſcitur plurima inter Cephisum, & Melanā. Pelecania  
locus hic nominatur: huius quædam partes Chytri uo-  
catti, lacus altitudines ſunt, quibus harundinem lauda-  
tiſſimam prouenire affirmant. Quin & quo Proba-  
tia dicta deſertur. Is autem amnis eſt ex Lebadea per-  
fluens

fluens. Sed omnium optima nasci creditur circa Oxeā Campen uocitatum. Locus hic Cephisi hostium est, uicinus ei campus pinguis, & hilaris, quem Hippiam uocant. Est etiā alius locus aquilonius Oxeae Campæ Boëdriæ nomine, quo etiam ipso nobilem harundinē nasci asseuerant. In totumque ubi crassum, lœtum, fœco-simumque solum sit, Cephusq; se permisceat, atque etiā altitudo lacus amplietur, harundinem optimam oriri. Nam circa Oxeam Campen, & Boëdriam, hec omnia comperiuntur. Quod autem Cephus uim magnam ad faciendam harundinem laudabilem sortiatur, arguemento capiunt, quod eo loco, ad quem Melas, qui uocatur, influit, quamquam locus profundus, solumque crassum, atque fœcosum est, tamen aut omnino nulla, aut uitiosa exurget. Generationem harundinis tibialis, naturam, confectionem, quibusque differentijs à reliquis distet, satis dixisse arbitramur. Genera non hec solum, sed plura harundinis etiam intelliguntur, quæ differentijs uel sensui manifestis discernuntur: quædam enim densa, tam carne, quam geniculis: quædam rara, paucisq; geniculis: & alia caua tota, quam fistulariam quidam appellant (nihil enim ferè ligni, carnisue habet) alia solida, & tota penè intus repleta. Item alia breuis, alia procura, excelsa, crassaque: & alia gracilis foliosaq; alia paucis folijs omnino: multæ quædam differentiæ pro natura, usuq; intelliguntur, singula nāq; ad singula utiles. Nominibus alijs alijs appellat, sed causa cōmunißima quodammodo est, quā & frutetidā ma-

xime omnium referunt, & apud flumina, lacusq; potissimum nasa: plurimū tamen in quoq; genere distare inter se aquaticas, & siccō nascētes perhibetur. Sagittaria quoq;, quā creticā quidā appellant, sui gnis est, nodis paucis, geniculata, carnosior omnibus, maximēq; flexū recipies: atq; omnino obsequēs, quō libeat fleti calefacta. Magnas & folia differētias reddūt, quē admodum diximus nō multitudine, magnitudineq; tam, sed etiam colore: quippe quæ laconica cognomia natur, uersicolor est. Itē positi ipso, atq; annexu: quædam enim ab ima parte foliorū plurima ferunt, ipsaq; perinde atquè ē frutice se attollunt. Quidā uel disserendū penē lacustrum esse uolunt, scilicet multa habere folia, & gladioli, phlei, algæ, butomūq; folijs similia: uerum hoc amplius scrutari oportet. Genus autem quoddam harundinis uel terrenum emigrat, quod non erigit caule, sed super terrā spargitur graminis modo, atq; ita se ampliat: mascula solida est, fœmina inanis: quippe ad hanc mare, fœminaque distinguit. Proueniūt ex eodem fundo plus aule, non tamen frutetant: folio non longo, sed salici simile: magnitudine præstant, atque robustæ, ut uicem hastarū præbeat. Hæ circa Acesinam amnē oriuntur. Omnis autem harundo uiuax est, atque adusta melius resurgit. Itēmque stirpe crassa, numerosāq; est, ob id mori peruicax. Radix ipsa geniculata, quemadmodum graminis: uerum non omnes simili modo informantur, sed de harundinibus hactenus.

**C**De iunco, & Insulis fluitantibus in lacu Orcho-  
menio.

C A P V T      XIII.



Estat ut de iunco dicamus, utpote ge-  
neri eidem annumerando: nā hic etiā  
inter aquatica ponī debet. Tria huius  
genera sunt, ut nonnulli distingunt:  
acutus, & sterilis, quē marē appellat:  
frugifer, quem atriferū uocitamus, quoniā semen ni-  
grū ferat, crassior hic, atque carnosior: tertius, magni-  
tudine, crassitate carnositatēque insignis, qui mariscus  
uocatus est. Ex his atrifer per se suo genere proue-  
nit: acutus, atque mariscus eodem cespite exerunt, quod  
absurdum apparet, uis uique mirabile fuit, toto cespite  
iunci deportato: quippe pars maior steriles erant eos-  
dem exorti, frugiferi autem pauci. Igitur de hoc co-  
gitandum. Fructus omnino minor habetur: commo-  
dior autem ad texendum mariscus, quia mollis, car-  
nosusque est. Omnino frugifer in callum de regulari  
surculo ipso tumescens, mox ueluti oua parit, circun-  
dantes enim spicatum pediculos iunco linearī affi-  
xos initio gerit: quorum summitatibus paululo late-  
rales orbes uascularum leuiter hiscentes inducit.  
His semen exiguum effigie cupidis sagittarum in-  
gerit: nigrum non absimile semini herbe ingui-  
nali, uerum exilius, radice longa adhæret, multiō-  
que crassiore, q̄ acutus. Hec omnibus annis moritur,  
dein altera rursus à iunci cacumine defigitur: Quod  
ueluisu p̄cipi facile potest: quippe aliae siccae, aliae uirides  
demissæ

demissæ cernuntur. Caput cæpis, & gethyis simile, ut  
pote quod in unum ex pluribus cōglobati prælatūq;  
inserius, tegumentisq; subrubris intectum cōstet. Ergo  
propriū his radicibus eueniat, siquidē per annos exas-  
rescat, ac de super denuo generetur. Talis iuncorū na-  
tura intelligitur. Sin aut, & rubus, & plurus in aqua  
uiuere possint, aut propè, ut quibusdam in locis per-  
cipitur, eorum quoque differentiæ iam exploratae ha-  
bentur: quippe cum de ambobus uolumine superiori  
dixerimus. Insulis autem fluitatibus, que in Orcho-  
meno sunt, magnitudo utique multifaria, sed que am-  
plissima ad terrorum ambitum stadiorum spectatur: at  
in Aegypto magnæ admodum coagmentantur, ut &  
sues permulti in eis nascantur, quos incole transcen-  
tes uenari consueuere. Atque de aquaticis hactenus.

**C**VITAM plantarum aquatiliū, quam terrestrium  
breuiorem, sicut & in animalium genere. In qui-  
busdam tum urbanis, tum sylvestribus uitæ longe-  
tudinem uel famæ à fabularum autoribus tradita  
testimonio patere, ut oleæ Athenis, in Delo pal-  
mæ, oleastri in Olympia, phagorum in Troia sue-  
per tumulum Ili, platani in Delphis, atque al-  
terius in Caphis Arcadiæ, quas seuisse dicunt Aga-  
memnonem. Quæstio pulcherrima, an arbor eas-  
dem maneat cum caudex paulatim præciditur,  
mutaturq; uniuersus. CAPVT XIII.



E breuitate uitæ plantarum aquatiliæ  
um in tantum usque fundū habemus;  
uidelicet, quoad aliquatenus in uni-  
uersum possimus exprimere. Vita  
aquatilibus breuior, quam terrestri-  
bus est: sicut etiam in animalium genere manifesto  
sentimus, sed singulatim terrestrium enarrare uitas,  
nimurum decet. Ergo sylvestres nullam habere dif-  
ferentiam rustici putant, sed omnes longæuas, nullā=  
q; esse breuem uolunt. Sed hoc quidem ipsum uere for-  
sitam putent (omnes enim uitam reliquarum longe  
superant) ueruntamen inter se distat: quædam enim  
magis, quædam minus longæuæ, ut in genere urba-  
narum etiam deprehenditur: sed quenam sint istæ  
quærendum. Urbanæ aperte differunt, eo quod aliae  
longæ uitæ, aliae breuis sunt. Sed quoad simpliciter di-  
ci potest, uita sylvestribus longior, quam urbanis:  
atque omnino ijs, quæ in oppositum generatim di-  
stingui possunt, ut oleastro, quam oleæ: & pirastro, q;  
piro: & caprifico, quam fico: quippe robustiores,  
spissiores, fructuque infœcundiores existunt. Vita  
autem longitudo in quibusdam tum urbanis, tum syl-  
vestribus uel fame, à fabularum autoribus traditæ,  
testimonio patet. Nam oleam Athenis refrunt, pal-  
mam Deli, oleastrum Olympiæ, fagos Troiæ super-  
tumulum Ili: Sunt qui & Delphicam platanum, &  
alteram in Caphys Arcadiæ stantem, satas Aga-  
memnonis manu dicant. Sed hæc quo pacto se habe-  
l ant;

ant, indagationis alterius forsitan interest explorare.  
Quod autem summa arborum differentia sit, plene  
intelligi potest: uiuunt enim predictae, aliæque com-  
plures longo tempore. Breui profecto punica, ficus,  
malus, præcipue uerna: & dulcis minus, quam acida,  
ut inter punicas, que nucleo caret interiori. Genera  
quoque uitium nonnulla uitæ breuis habentur: potissi  
mò, que fœcundissima sunt: uidentur & que aquis  
propinquæ proueniunt, minus durare, quam que in  
siccis, ut salix, populus, sambucus. Quedam sene-  
scunt quidem, putrefacuntque uelocius, sed ex eisdē  
rursus latere suo germinant, ut lauri, mali, puniceæ,  
& aidarum aquæ pars maior. De quibus etiam ra-  
tione quispiam querat, cædém ne dici debeant, an  
diuersæ: & quemadmodū si præciso caudice, ut agris  
cole faciunt, rursus germina assidue, recteque colen-  
do inuites, aut si in radicem usque decideris, uel de-  
usseris (Nam hoc etiam facere solent, nonnunquam  
& sponte accident) utrum inquam ita arborem ean-  
dem dici oporteat, an alteram? Etenim si partes in-  
crementis, & minutionibus, atque etiam purgamen-  
tis naturalibus distare assidue uideantur, sic arbo-  
rem eandem esse appareat: cur enim in his potius,  
quam in illis referat? Sin autem caudex potissimo  
ueluti essentia, naturaque arboris esse credatur, cum  
hic permittatur, totam quoque arborem alteram esse  
ratione putaueris. Nisi forte quia eadem utriq; ini-  
cia sunt, idem esse posueris. Atqui sè penumero euc-  
nit,

nit, ut & radices alterae sint, permutenturque primis putrefactis, alijs denuo enascentibus. Nam eo modo quo uites omnium maxime longæuas putant, quoniam non alias creent, sed ex se repleantur, irridenda comparatio fortassis appareat: modo caudex non perduret. Hic enim sicut fundamentum, naturaque arborum constat. Sed haec utro tandem modo dici debet, nihil ad præsens referat opus.

**C** De uita oleæ, ac uitium, quóque modo colendæ uites.

CAPVT XV.

 *L* lud autem diuturnissimum forsitan sit, quod omnibus rebus durare queat, ut olea, & caudice, & germe lateralí, nepotumque procreatione, atq; etiam stirpe incorrupta: uitæ uero unius in qua posito caudice, pro principio temporis agi mensura debeat, annis maxime ducentis consumari uidemus: si autem credimus (quod quidam de uitibus referunt,) quod radicibus particulatim de tractis caudex, naturaque tota similis, ac simili fera quantumvis temporis permanere queat, haec prorsus longæua omnium precipue constat. Colendum autem hunc in modum censem, cum uitis iam delabi uidetur, palmites admittendum, fructumque anno capiendum. Deinde altera ex parte uitis suffodiendo radices omnes purgandum, post festucis implendum, terramque accumulandum: isto itaque

lij anno

anno male admodum ferre aiunt, postero melius, ter  
tio & quarto stabiliri: ferre que multas bonasq; vias,  
ut non alio modo se habeat, quam cum uigebat.  
Cum iterum langescere incipit, partem alteram suf  
fodiendum, colendumque simili ablaqueationis ratio  
ne, atque ita semper durare posse affirmant. Id au  
tem anno maxime decimo fieri. Quia de causa, nec  
præcidere unquam eos debere, qui ita faciunt, sed  
per multas etates caudices eisdem durare, ut ne me  
minisse quidem sit, qui seuerint. Hoc igitur exper  
tis accipientes credere fortasse debemus. Que au  
tem uite longæ, breuisue sint, ijs que retulimus cona  
templari oportet.

**D**e morbis arborum. Quiq; communes, et qui  
priuati sint. Quid syderatio, uerminatio, ra  
dicatio, clauns, fungus, olla, scabies, cochlearia,  
eradatio, cerasta, quid in uite hirculatio. Quid  
Roratio. CAPVT XVI.



Orbos sylvestribus accidere negant,  
quibus intereant, tamen eas quoque  
male affici dicunt: perspicuoque præ  
cipue, cum uel paulo post germina  
turæ, uel germinare incipientes, uel  
florentes, grandine uexantur, cùmque flatus frigi  
dus, feruidusue, his eisdem temporibus successerit:  
tempestiis autem hyemibus, nec si excedant, quic  
quam offendit. Quinimum omnibus algorem prodes  
se uolunt:

Se uolūt: quippe nisi alferint, deterius germinare. Vrbanis morbi plures eueniunt, alijs omnibus quasi communes, aut pluribus: alijs priuati per genera. Communes, uermiculatio, syderatio, radicatio: omnes enim ferē uermes etiam gignunt, sed quædam pauciores, quædam plures, ut ficus, malus, pirus. Minime autem, (ut simplici ratione dicā) acres, & succo humētes laetato uermiculantur, eodemque modo syderantur. Magis autē nouellis, quām uigentibus id accidere solet: et omnī maxime fico, & uiti. Olea præter uermes, qui & ficum interimunt foetificatēs in ea, clauum patiatur, quidā fungū appellant, alijs ollam, hoc est ueluti solis exustio: nōnunq̄ etiā nouellæ, propter nimiam fertilitatē intereunt. Scabies, & cochlear adnasci soliti ficorū peculiaria sunt. Nō tamen id accidit eis ubiq̄, sed morbi his quoque ratione locorū euenire uidetur, quēadmodū animalibus. Nā apud aliquos scabies nullmodo infestat, ut nec circa Aeneam, ficus maxime radicationē, crudationēq; sentit. Vocant Radicacionem, cū radices intarescunt, marcescuntque: Cradationem cum rami: Crados enim ramos siculnos quidā appellant, unde & morbo nomen. Caprificus neque radicatione, neque crudatione, uel scabie infestatur, neque radicibus uermiculatur. Quædā nec suos grossos amittunt, etiam si fico inserantur. Scabies potissimum gignitur, cum aquæ parum post uergilias inciserit. Nam si multum fuerit, causa contrahendæ scabies omnis abluitur: et accidit tunc, ut & caprifis-

cus, & grossi decidunt. Vermium autem qui sicciorum  
proprijs sunt, alijs ex ipsis nascuntur arboribus: alios  
parit, qui cerasi vocatur: omnes tamen in cerasam  
figurantur. Sonum edunt ceu parvuli stridoris. Fi-  
cus laborat, & si imbræ nimis fuere, sic enim ad ra-  
dicem quasi glabrat: quod quidem uitium aulæ ap-  
pellant. Vitis hirculatur, quod eius præter syderatio-  
nem potissimum est, aut cum germina à flatibus fue-  
rint abscisa, aut cum imperitia culturæ fuerint lesa,  
aut tertio cum in supinum fuerint excisa. Roratio,  
quod quidam vivæ dicunt, cum uitis deflorescens  
irrorat, aut cum fieri solet genus affectionis, hoc est,  
ut acini defluant, & remanentes parvuli constent.  
Quedam & cum alsere ægrotant, ut uitis: oculi nā-  
que primo putate hebetantur, rursusque ex calore ni-  
mio idem euenit: etenim eorum quoque temperamen-  
tum poscunt, sicut etiam alimēli omnino. Omne quod  
præter naturā sit, periculoso occurrit: uulnera quo-  
q; istusq; circūfidentiū magnopere faciunt, ut muta-  
tiones estiū, aut frigorū nō tolerantur. Cum enim  
per luxationem laboremq; debile sit, facilme à tepe-  
ris excessu deuincitur. Porrò, ut quidam existmant,  
maxima ferè pars morborum ictu iniurioso contra-  
hitur. Quippe, que syderata appellant, quæq; radi-  
ce inarescam, hac eadem de causa laborant. Credūt  
& hos duos esse morbos duntaxat, sed id quidē haud  
confessum satis habetur. Ex omnibus uero infirmis-  
sima est uerna malus, & earum potissimō dulcis.

Quibusdam

Quibusdam læsiones, nonnullæ sterilitatem, non necem inferūt: ut si quis larici cacumen auferat, uel palme, sterile scere ambæ uidetur, nec penitus interire. Aegrotant aliquando, & fructus ipsi, cum afflatus, imbrésque tempestive non fuerint. Accidit enim arboribus, ut aliás fructus amittant, factis, aut non factis pluuijs ut ficias: aliás deteriores reddātur, putrefactæ, strangulatæq; humoris nimietate, aut contraria exiccatæ penuria ultra modum. Pessimum cū deflore scentibus quibusdam, imber incēpit, ut oleæ, uitiq;. Simul enim defluit fructus propter exilitatem. In Mileto oleas cum florent, erucæ erodunt: aliæ frondē, aliæ florem: genere diuersæ: Itaque arbores dispoliant. Nascuntur tempore austriño: & uento si sol acrior insecutus fuerit, rumpuntur. Circa Tarentum fructum uberem oleæ semper præmonstrant, sed sub flore pars magna perditur. Hec ergo propria locorum.

**C** De Arachinio morbo oleæ, dèque tabe, uredine: quæq; morbis præcipue infestentur.

## CAPVT

## XVII.



Ritur & alius morbus oleis, qui Arachinum appellatur. Nascitur enim hoc, & fructū absunit. Adurunt & cestus quidam & oliuas, & uuas, & alios fructus. Seniunt & uermiculationem fructus quorundam, ut oleæ, piri, mali, mespiali, puniceæ. Vermis oleæ natus sub cute fructum adi-  
luij mit:

mit: at si in ipso nucleo erodens, prodest: sub cute gigni prohibentur pluuijs, quæ post arcturum sequantur. Et in drupis quoque oleis uermes nascuntur, qui ad lacturam peiores certe deprehenduntur, & maradi, putrèisque omnino uidentur. Hinc & austrinis nascuntur, & riguis magis. Gignuntur & culices in aliquibus arborum, ut in robore, & fico, & cōsistere ex humore uidentur, corticibus subdito gustu dulci. Gignuntur ijdem, & in quibusdam oleribus: alibi uero erucæ, diuerso scilicet ortus principio. Et morbi quidem ij ferè, atque in his sunt. Affectiones autem quedam temporiae, aut aliâs per se euenientes, necesse assolent, quas nullus dixerit morbos, ut tabes, et quod uredinem quidam appellant: alij uero apud alios flatus interimere, ac exurere noti sunt. Ut in Calide Eubœæ olympias cū flauerit frigidus ante solstitia, aut post solstitia hyberna: arbores enim exurit, atque adeò aridas, siccâsque facit, ut ne sol quidem tempusque longum reddere ita possint: quo circa uredinem uocant. Hec sēpe aliâs, & Arachippo Athenis magistratu anno quadragesimo facta uehementissima proditur. Laborant maxime loca concava, & inter ualles, & uicina fluminibus, atque in summam, quæ ab omni afflato penitus silent. Ex arboribus uero ficus præcipue infestatur, secundo loco olea, oleaster magis laborauit, quamquam robustior, quod mirum fuit. Amygdale penitus, mali, piri, punice sine noxa extiterunt: quāobrem

quamobrē id quoque mirū, exuruntur sta im à caudis  
ce, atq; in totū magis, priusq; (ut ita dixerim) sentiunt  
partes inferiores. Deprehēduntur quædā statim in ger-  
minatione. Olea uero quoniam semper uireat, tardius  
Quæ itaque frondes amiserint, reuiuisant: quæ mi-  
nus, penitus pereunt. Nonnunquām quædā exustæ, fo-  
lijsq; aresfactis regerminarūt sine ulla iactura, folijsq;  
reuixere. Id quibusdā in locis uel sæpenumero eue-  
nit, ut in Philippis. Quæ autem tabuere, modo nō pe-  
nitus perierint, citissime possunt regerminare, ita ut  
uitis statim fructifacet, sicut in Thessalia fit. Ponto au-  
tem circa Pantocræum tabes bifariam in uadit aliquā-  
do frigore, cum annus frigidus est: aliquādo gelu, si diu  
durauit, ambo post brumam, diebus maxime quadra-  
ginta peractis, fieri solent. Fit gelu sereno tempore, fri-  
gus, quo tabes præcipue cū in sereno squamulæ quæ-  
dam deferuntur, patent: cassa uero non durant, quan-  
quām circa Thraciam concrescant. Sed enim morbi,  
quot, qualésque sint, ac rursum interitus, qui excessu  
hyemis, aut æstus eueniant, quiq; ab afflatuum frigo-  
re, calorēue proficiuntur, hisce contemplandi: quā-  
do nil prohibet nonnullos etiam, cum sylvestribus cō-  
munes haberi, tum uniuersa arborum nece, tum etiam  
magis fructuum lue: quod aperte euenire uidemus:  
quippe cum sepe nec illæ probe fructifacent, sed credo  
æque id obseruatum habetur.

**C**Quæ arbores, qbus detractis partibus aut ægreæ  
scant, aut interimantur. **CAP V T XVIII.**

Restat



Estat, ut exponamus, quæ partibus  
quibusdā ablatis, enecentur. Cōmu-  
nis itaq; omnibus mors cortice in or-  
bem detracto. Omnes enim ferè hoc  
modo necari uidentur, excepta potula-  
ca, quæ tamen & ipsa si quis carnē uehemēter pres-  
serit, germēq; futurū luxauerit, morietur. Itaq; uerius  
forte, excepta subere, dixerim: hāc enim & iuuari po-  
tius corticē detracto, affirmāt, scilicet tā extero, q; in-  
teriori carni propinquo, sicut etiā potulacā. Nā & ce-  
raso detrahitur, & uiti, & tiliæ, ex quo funes: & ex  
minoribus malue, sed non uitalis, neque prinæps, sed  
summus, qui plerumq; subnascente alio decidit: cor-  
ticis enim disruptio cōmunitis arborū est, ut potulacæ,  
ut platani. Cū uero nonnulli arbitrātur, nouo iterum  
subnascēte, extrū inarescere, disrūpiq; , multisque  
decidere spōte, sed nō æque in omnibus rē esse cōspi-  
cuā. Ergo omnes (ut creditur) corticē detracto inter-  
eūt: sed refert, quoniā clerius, tardiusue, & magis, mi-  
nusue. Quippe aliquæ plus tēporis permanēt, sicut fi-  
cas, tilia, robur. Quidā eas, & uiuere interdū, nec in-  
terire affirmāt, & corticē ueluti pumicis speae cōca-  
lescere, atq; naturā peculiare quādā haurire. His itaq;  
mederi conātur, luto fouētes obstruent esq; & harū-  
dinibus, atq; id genus stramētis opertas, illigantes ne  
frigeāt, uel subare scant, etiā nōnusquā restitui, rege-  
minarēq; potuisse prodīū est, ut apud Heracliam tra-  
chianā ficus: sed prater uirtutē soli, tēperamētūq; cō-  
li

li superuenientes quoq; respōdeāt opus est. Frigoribus enim, aut etiā caloribus nūnijs consecutis, statim intereunt. Refert & tempus anni: quippe in germinatione abietis, piniq; cum etiā cortice turgido sunt mēse Februario, uel Martio, si quis detraxit, statim moriuntur: hyeme diutius tolerāt, & magis que robustissime sūt, ut ilex, robur. Harū enim interitus diuturnior est. Latitudinē quoq; aliquā decorticatio habeat oportet, omnū quidē, sed maxime robustissimarū. Nā si angustā admodū feceris, nihil absurdum, si nō interierint. Quādā sint, qui etiā si quilibet auferatur, necari penitus dicāt. Sed hoc de infirmioribus qdē cōfētaneū dixerint. Quādā enim & si in orbē nō excorticetur, interire affirmāt, que uel solū tenue, ieiunūq; tenēt. Igitur hec, ut dijudicauimus, mors cōmuniſ omnium est.

**C** De decaminatione, dēq; salice, platano, populo, que resurrexerunt. CAPVT XIX.



Vam uero decaminationē appellāt, tātū inter arbores, pino, abicti, picea, palmaeq; assignatur: quidā & cedro, & cupresso referūt. Hęc enim detracta coma, decisōque cācumine, tota intereūt, nec qcq; germināt, sicut nec si adusta, aut tota, aut parte aliqua fuerint: reliqua aut omnia & praeā germināt, & nonnulla meliora reddūt, ut olea. Interēut maxima ex parte uel fisco caudīe. Nulla enim tolerare uidetur, pr̄terq; uitis, fucus, punica, malus.

Quādam

Quædam uel ab ulcere ampliori , altioriq; intereunt: aliae nihil offenduntur, ut pinus, cum teda desanditur, & omnia ex quibus resina colligi potest, ut abies, te rebinthus . Harum enim vulneratio, ulceratioque in profundo : quippe ex infocundis , foecundæ : & ex pauciferis, multiferæ redduntur. Quædam etiam secu rim ita tolerat, tam stantes, quam à flatu prostratae, ut resurgent, uiuant, germinentq;, ut salix & platanus: quod & in Antädro, & Philippis euenerat. Cū enim platanus procidisset ramis amputatis, truncoque secari luxato, resurrexit noctu leuata onere , atq; reuixit, & cortex iterū circū texit. Erat duobus lateribus cir cū dolata, lōgitudine decē cubitis maiori: crassitudine, ut quatuor uiri non facile amplectentur. Salix aut, quæ in Philippis resurrexit , fuit quidem detruncata, sed non circundolata. Aruspex tunc quidam persuasit, ut sacrificaret, custodirentq; arborē, ut pote facta ostento fausto. Resurrexit, & Stagiris in museo populus alba procidia. Medulla exempta nulla ferè arbos moritur, argumentum quod multæ arbores magnitudine excellentes cauantur, inanésque fiunt . Arcades quadamtenus si eximatur, uiuere dicunt: tota uero ex uniuersa arbore exempta, & pinū, & abietē, & reliquias omnes interire.

**C**Quæ mors communis omnibus, oleumque necare omnia. Item de cytiso, & edera, atq; aurone perniciōsis. Quodq; brasiliæ temulentiam propulset.



Omnibus omnibus mors, & si radie  
ces amputentur, uel omnes, uel p' uria  
mæ, & que maxima fiant, uita esque  
in primis: igitur hos interitus ex dem=  
ptione dicendum. Qui autem oleo co=

sequitur, adiectione uerius quadam, quam demptione  
incurrit: quippe oleum omnia necat. Qua de causa ra=

dium extirpandarum reliquijs oleum infundit. Va=

let oleum magis in nouellis, & in præsens nascentiis  
bus: sunt namq; debiliores. Quapropter & tangi eas  
agricolæ prohibent. Necantur & inuicem inter se se  
alimenti rapina, & cæteris in rebus impedimento. Mo=

lestæ & edera adnascens, ac uinciens: molestus & cy=

tisus, nā omnia ferme necat: sed eo ualētior Auro est,  
hic enim uel cytisum ipsum interimit. Quædā non ne=

cant, sed succi, odorisq; uiribus reddunt deteriora, ut  
brassica, & laurus uitem offendunt: olfacere quippe  
eam, & attrahere dicunt: quamobrē germen cum illis  
propinquum fuerit recedere, atq; auerti, utpote ini=

micum fugiens odorem. Androcides exemplo hoc usus  
est, de medela contra uinum confecta, ex brassica ui=

delicet, temulentia posse propulsare: quippe cum ui=

tis etiam uiua, odorem brassicæ fugiat. Interitus itaque  
quo pacto fiant, quot sine quōtque modis eueniāt, ijs,  
que explanauiimus, patet.

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER QVINTVS.

**D**e cædenda materie tunc rotunda tunc quadra, quandoque cædendum robur.

CAPVT I.



E MATERIE, C V= iusmodi unaquæque sit, & quo tempore tempestiuæ cæ datur, & quibus commoda operibus cōstet, & que trā statu difficultis, facilisue, & quicquid eiusmodi commen tationem cōtingit, æquè atq; quæ superiora, explicare tentādum nūc est. Cædi itaq; tempestiuum, rotundam quidem materiem, & omnem quæ decorticanda acipitur, cum germinare incepit. Tūc enim cortex extricatu persialis est, quod turges re appellante scilicet ratione humoris, qui sub eo corti cæ fieri solet. Postea inextricabilis redditur, materiesq; nigrescit, informisq; fit. Quadrandam autem post tur gorem, securis autem deformitatem auferit. Denique o mne, quod pro ualido capi oporteat, tempestiuus cæ ditur: nō solum cum germinare desierit, sed etiam cū fructum percoixerit. Verū decorticationis causa fit, ut rotunda, quanquam intempestiuæ, pro tempestiis ad usum ueniant. Quamobrem tempora per euentum di-

ā

ei contraria debent. Abietis materies primo turgore oloratio redditur: nam & corticem abietis tamen, & pinii, & laricis potissimum detrahunt. Igitur istae vere ceduntur, tunc enim germinant: reliquæ aliquando post messem, aliquando post uindemiam, & arctuum, ut aria, ulmus, acer, fraxinus, carpinus, scissima, tilia. Ad sumnam, quæ aptæ obrui sunt, robur se- rißime cedendū, uidelicet hyeme post autūnum: quod si sub turgore cedatur, atiſſime omnium ferè cōputre- scit, seu cum cortice, seu sine cortice capiatur: potissimum, quæ primo turgore proxima, quæ secundo: tertia, quæ tertio: quæ autē post fructū maturitatē cedātur, quis nō turgida sint, incorrupta perdurāt, præterq; q; sub cortice uermiculi quidam nascētes, caudicē per summa inscribūt. Quibus signis pro sigillis nonnulli utū- tur. Robur profecto cæsum tēpestiue, neq; putredinem sentit, & prædurū, spissūq; ad similitudinē cornu p- durat: totū enim cordis specimē gerit. Salsicortex tam- men uel eo tēpore cæsa uincitur. Quin & illud è con- trario euenit, cū in germinatione cedūtur, cūq; post fructus editos: tūc enim exiaantur caudices, & arbo- res radicibus regerminare minime possunt, sed post fructus regerminant. Quanq; eo tēpore cædi diffici- lius possint. Duritiae causa cædi etiā post lunæ occasum præcipiūt, quasi duriora, & cōputrēscere puicadora forēt. Sed cū maturitates fructū inter se differāt, cō- stat, q; etiā uigores arborum referre ad cedendum est neccesse: semp enim serotinarū magis cæsura senior.

Qua

Qua de causa particulatim quidā expedire conātur, ut  
pinū. Et abietē cēdi oportere cū germinare ināpiūt:  
fassimā, tiliam, acerē, carpinum autumno: robur (ut di-  
ximus) post autumnum. Sunt tamen, qui etiam id tem-  
pestivum in uere existimant, cum amentum, quod uo-  
cant, gerit. Et piæ, cum uia eius florere incipit. Quæ  
igitur tempestiva omnibus annis cœsio sit, hunc fermè  
in modum denotatur. Certo autem cōstat, quod uigē-  
tium arborum melior, quam nouellarum, uel annosar-  
rum materies est: quippe cum earum alteræ plus ter-  
ræ, alteræ plus aquæ contineant. Vsus uero plurimos,  
maximosque, pinus atque abies præstant: harūq; ma-  
teries amplissima, et pulcherrima constat.

**D**e differentia, quæ inter abietem, atque pinum.

Tum quæ quadripartitæ, bipartitæq; ac simpli-  
ces dicātur. Quæ fabri lignarij brevia appellēt.

## C A P V T

## II.



Istant istæ inter se multifariæ: Pinus  
enim carnosior, neruisq; paucis est.  
Abies neruacior, atque rigidior, ita  
ut utrumque è contrario habeat ner-  
uos ualidos, carnē molle et rarā: qua-  
de causa altera grauis, altera leuis est: altera enim te-  
da referta est, altera nullā ingerit teda: ob id etiā al-  
bior est. Ad hæc pino rami plures, abieti longè durio-  
res, uel potius et omnium ramorum duriſsimi: ambabus  
ſpissi, et cornu ſané imitātes, colore flavi, et teda ſic-  
miles, qui cū abſciſi fuerint tam pino, q; abieti, humor  
defluit,

defluit, sed abieti largior est. Præterea tunica multipli  
cā abies modo cæpē: assidue nāq; tunicæ cōspecte sub  
ditam aliam gerit, atque ex his tota constat. Quapro  
pter qui remos dolant, singulatim, plenèque auferre  
conantur. Nam si ita auferantur, remus ualidus relin  
quetur: sin autem permutterent, nec pariter dempse  
rint, infirmus reddetur: hunc enim in modū iectus, il  
lo dēptio fit: est etiam excelsior, atq; procerior abies:  
Ideoq; antenas, malosque ex ea facere assolent. Ha  
bet et uenas, neruosq; omnium nobilissimos: crescit  
hæc primum in excelsum quoad libere solem accipi  
at. Neque ramus ullus, neque germinatio lateris, ne  
que crassitudo interim factitatur: pōst in profundum  
latumque incrementa capebit, atq; ita ramorū exor  
tus, et laterales germinationes sequuntur. Hæc abie  
tis propria: illa uero et pino, et abieti, et alijs com  
munia cōstant: alia enim quadripartita, alia bipartita,  
alia simplex. Quadripartitas appellat, quibus in utrā  
q; partem medullæ, bini uenarū cursus naturæ cōtra  
riæ pertendunt: atq; per utrūq; cursum adiugūt iectus,  
cursibus contrarios inferentes, dum in utrāq; partem  
medullæ securis remeat. Ita enim eueniāt necesse est,  
naturæ uenarū ratione. Ergo tales abietes, pinosque  
quadrapartitas appellant, et easdē ad opera uehemē  
ter probat. Materiē enim spississimā præstāt, et egi  
dē gignere istæ solēt. Bipartitæ illæ cursum uenarum  
unum tantū in utrāq; partem medullæ gerūt, eosdēq;  
iuicē contrarios habent, ut et securis duplex adigi  
m debet.

debeat, simplices per utrumq; cursum ictu contrarioz mollem hanc materiem refert, sed in opere pessimam, quoniam maiorem in modum perueritur. Simplices uocant que unum dūtaxat uenarum habent cursum. His itidē securis utraque ex parte medullæ adigitur: laxiorem natura materiem hanc esse affirmant, sed à peruersione tutissimam. Discrimen arbores suis corticibus ostendunt: quamobrem ubi primum arborē uiderūt, cuiusmodi sit, discernere queunt. Quibus enim uenae egregie perfluent queq; in opere obedient, his cortex leuis, rectusque est: quibus autem ē contrario, his scaber, contortusque. Atq; de reliquis eadē ratio est. Sed quadripartitæ paucæ: simplices, plures, q; reli que comperiuntur. Omnis autē materies amplior, procerior, obedientior, solidior: atq; in totum melior, et copiosior, quæ partibus aquilonijs exit, ut etiam prius re uimus. Et ipsius arboris partes, quæ aquilone assidunt, spissiores, adulescentioresque constant: quæ uero ab latere, aut in orbe perflantur, hæ uertuntur, contractquenturq; aquilone, ut medulla earum cōtorta sit, nec in rectum porrecta. Hæc integra quidē ualida esse creduntur, cæsa autem imbecilla, quod plerasq; habet diuersitates: Brevia hæc fabri lignarij uocat, quoniam ita pro usu cædere consueerunt.

**Q**uæ neque ad fabrile, neque ad ignariū comoda. Quæq; fabrili usu materia, quibūsque in terris præstantissima sit. Tum quid orbes in ligno.

ligno. De q̄; stimulo in lapide, & oleastro, in quo p̄scisso inuentæ dicuntur ocreæ.

## C A P V T III.



D summam, que humidis, tranquillis,  
umbrosis, contextisq; locis assūrgūt,  
deteriora tam ad fabrilem, quam ad  
ignarium usum ueniunt. Ergo huius=  
mōdi differētiæ, pro locis (ut simplici= ter loquar) unigenorum ipsoru adnotantur. Quidam  
enim per tractus diuidunt, aiuntque materiæ optimā  
omnium que in Græciam aduehuntur, macedonicam  
ad usum edificatoriū esse: lœuis enim est, obediens, &  
tyrum nimirū continens: secundam ponticā tradūt, ter  
tiam rhyn dacicā, quartam æanicā: Deterrimam parna  
sicam, atq; euboicam: nodosa enim & aspera, & ci=  
tō putrescens. De Arcadia animaduertendum est. Ro  
busſima, que enodis, lœuisq; , eademq; uisu pulcher= rima est. Nodosa certe, aut male adulta, aut hyeme op  
pressa, aut aliqua simili ratiōe efficitur: In rotū enim  
nodositas probæ nutritionis indigentia est. Sed postq  
nutrita improbe fuit, si commodo nutrimento potita  
se recreet, atque ita proficiat, fit ut nodi absorbeantur  
incremento obducto. Probe etenim coalescens,  
gliscensque superne obducitur, & s̄epe quæ deforis  
lœuis cerneretur, scissa nodatissima extitit: qua de cau  
sa medullas conspicari scissiliū solēt. Nā si nodis istæ  
transfixæ sint, extrā quoq; habeat nodos necesse est.  
Fiunt & orbes, hyemis, improbabq; nutritionis causa.

m ij      Orbes

Orbes autem uocat, cum facta conuolutatio quædam ampla, circulis pluribus circumacta sit, quam neq; nondū omnino dixerim, neq; ipsius crissitudinē ligni: hæc enim per totū ferē, atq; equaliter ampliatur. Longe id iniquius, tractatūque difficultius, quād nodus artifici obstat: proxime, atquè in lapide, qui stimulus uocatur, nasci omnino uidetur. Nodos autem obducto incremento occupari, atq; in plenū integri sensus ipse percipere evidentissime potest. Cæterū uel ex alijs per quam similibus rebus, id ita fieri constat: Sæpe enim pars arboris comprehensa ab altera proxima est, atq; in eiusdē corporis magnitudinem coagmentata: & si lapidē, aut aliquid simile arboris alæ inculcaueris, demum insinuabitur, atque occultabitur amplexu auctiōnis obductæ: quod etiā in oleastro, qui Megaris in foro stabat, eueniisse accepimus, quo suculo, urbe capi, ac diripi oraculum erat, sicuti actum est. In hoc enim persciffo, repertæ ocreæ sunt, & alia quædā attici ritus: parte qua primum affixa fuere, ad ramorū ambitum concavata. Huius oleastri, quod adhuc sup̄ est, parum admodum extat. Alijs quoque locis per multis complura eiusmodi facta produntur. Sed hæc (ut dictum est) pluribus publica habentur.

**C** De arborum qualitatibus, & quæ spississima, ac durissima, molissimaque: quæq; calidissima, frigidissimaque, necnon quæ lenta, & rigida sint materie.

**CAPUT**

III.

Pro



Ro natura autem singularū arborū propria discrimina assignātur, spissitas, raritas: grauitas, leuitas: duritia, mollitia, & si quid eiusmodi aliud p̄spici potest. Quæ cū omnium urbana rū pariter, & sylvestrium cōmunia sint, de omnibus uerba faciamus oportet. Ergo spississima, grauiſſimāq; buxus tota, ebenus sua tantū medulla, in qua & coloris nigredo constat. Ex reliquis celti primatus indubie datur. Spissa & roboris medulla, quod atrū cognominant, atque etiam magis citysi, quippe cum hæc proxima ad ebenum accēdere uideatur. Nigra admodum, spissaq; terebinthus est, & quidē Syriae uel ebeno nigriorem, ipsam esse affirmant, & capulos quoque pugionum ex ea fieri, & pocula thericlea tornari, quæ à fictilibus secerni non possint: uerum cor tantum accipi, & perūgi materiem oportere uolunt, Sic enim & meliorem, & nigriorem effici posse. Quim & aliam arborem reddunt, quæ cum nigredine uarie tamquam quandam præfert subrutilā, ut aspectus ebeni uersicoloris appareat: fieri ex hac lectos, & subsellia, & reliqua lautiora opera narrant. Amplā maiorem in modum, & frondibus conditam pulchris, similemque piris eam assignant. Sed hæc spissitate quoque unā cum nigrore sortiuntur. Spissæ autem acer, & carpinus, atq; in totū omnes crispæ: ad hæc olea, & oleaster. Rare corpore inter sylvestres, tectisque idoneæ, abies maxime: inter reliquas autem sambu-

cus, ficus, malus, laurus. Durissima roboris, carpini, ari. eque materies: hanc enim antequam terebrent, mafacient, quo scilicet molliorem reddant. Molles in uniuersum, que rarae corpore, ac solutae constent. Tilia inter carnosas praecipue mollis, necnon et calidissima eadem esse uidetur, indicium quod aciem ferri maxime habet: incturam enim uisui caloris perlaxat. Edera quoque calida est, et laurus, atque in totum omnes, quibus facere ignaria soleat: Menestor, et moru addidit. Frigidissime, que aquatiles, aquosaeque sint. Leta salix, uitisque: qua de causa scuta ex his facere solent. Icta enim protinus plagam contrahunt, sed leuior salix: rarior enim, et ob id ea magis utitur. Platanus lentore non caret, sed haec natura humidior est, sicut etiam ulmus: indicium, quod post cæsuram, erecta materies multum humoris emitit. Morus spissa, simulque lenta est: rigorem quoque fortissime ulmus seruat, ob id ulmeos cardines ualuarum adiungunt. Nam si ipsi firmi permaneant, ualue quoque stare intortae possint: alioquin torqueantur neesse est. Faciunt eos ligna permutantes, quod radicem uersus, quaque in cacumine fuit. Sic enim inter se coarctata, utruque impetum alterius prohibet, cum suapte natura aduersetur. Nam si alterum per naturam eodem tempore dat, quo momentum est, ruina utique eodem sequi facile posset. Valvas autem non statim apponunt, sed compactas statuunt. Nonnulli anno tertio confccere, lauatoris operis desiderio: Nanque et statis calore exiccatae dehiscunt, hyems

mis

mis uero humore oppletæ cohærent. Ratio quod rara, carnosaque, facile autem attrahat humectum. Palma leuis, tractatu facilis, mollisque est, que admodum suber: sed melior subere, quia lenta: Suber enim rigidus est. Quapropter simulachra nunc ex palmis condere incepunt spreta suberis materie, ut incommoda. Nervos non per totum corpus expandit, neque prolixos extendit, neque eodem positura modo cunctos porrigit, sed multifario. Sicari hec materies potest, et cum dolatur, et serratur.

**T**huium, quod et Thuia dicitur, nasci apud famum Ammonis. Ex quibus ite simulachra deorum fieri solita. Quæ ponderosa simul, ac duræ, quæq; discordet. De nuce euboica, ijsq; quæ perpetua sunt natura: tum quæ cariem, ac tineant, aut non sentiant, deque teredine, tinea: et uermibus, qui in materie nascuntur.

## CAP VT

## V.

**H**uium, qd̄ thuia ab alijs appellatur, nascitur apud Ammonis fanū, atque in cyrenensi agro, forma cupresso similis, cum ramis, tum folijs, caudice, fructuque: uel potius ceu cupressus sylvestris. Copiosam uel ubi urbs hoc tempore est, comperiri affirmant: atque etiam memorant cotignationes quasdam uetusissimas thuiæ. Perdurat enim materies hec incorrupta omnino. Radice huius arboris nihil crisspius, eaque preçiosa opera conficiunt.

m iiii Simulachra



Simulachra ex his sculpere solent, cedro, cupresso, loto, buxo, minora etiā ex olearū radiis: rimas enim istae non capiunt, & carnis equalitate quodammodo constare uidentur. Hec igitur proprietatem quandā locorum naturae, ususq; ostendunt. Ponderosa autem, leuiaque ex spissitate, raritate, humiditate, lentitate, siccitate, rigiditate, duritate, mollitudineque accēpisse oportet: quædam itaque simul, & dura, & ponderosa sunt, ut buxus, ut robur. Quæ autem rigidæ, atque duriſimæ sint, haec pondere carent. Omnes sylvestres urbanis, & masculæ fœminis, spissiores, duriores, ponderosiores, in totumque roburiores, quod etiam ante retulimus. Quim & minus fœcundæ fœcundioribus, & deterius fructificantes, probius fructificantibus, tota quasi ex parte firmiores, nisi usquam mas fructuosior esse soleat, ut alias quædam affirmant, & cupressum, cornūque. Verum inter uites quidem, quæ minus fructificant, gemmis crebrioribus constant, solidioresque sunt: idem etiam in malorum, reliquarūque urbanarum genere patet. Natura perpetua, cupressus, cedrus, ebenus, celtis, buxus, olea, oleaster, pinus, quæ tedam gerit, aria, robur, nux euboica. Sed diuturnior inter has cupressus uidetur: Itaque in Epheso cupressina materies, ex qua ualuae templi Diane, quatuor aetas reseruata duravit. Soela hec nitorem etiam recipit, ideoque ex hac condere operum lauatoria consuevere. Ex reliquis post cupressum,

cupressum, ac thuiam, morum & ternam potissimum  
esse arbitrantur, simulq; ualidam, & in operibus fa-  
cilem, atque uetus late nigrescere modo celtis. Item alia  
in aliud, & in alio perpetua, exempli gratia: Ulmus  
in præfatu. Robur defossum, atq; in aquis demersum,  
putredine quippe immune hoc omnino uidetur, ob id  
fluuijs, lacubusque naues hac etiam materie condunt:  
sed mari putrescit, quanquam reliquæ magis duras-  
re ualeant: quod quidem & ratio uult, utpote cum sa-  
le maceratae, conditæq; sint. Fagus quoque, siue scissis-  
ma in aqua permanere posse incorrupta uidetur, ma-  
de facta q; melior reddi. Quin & nux cuboica nequa-  
quam putrescit. Diauit & pinum plusquam abietem  
corrodi à teredine posse: Hanc enim esse amaram, pi-  
num uero dulcedinis non nihil habere, eoque magis,  
quò fuerit teda refertior. Omnes teredinē sentire af-  
firmant, præter q; oleastrum, atq; oleam, quas amari-  
tudinis causa neque teredo, neq; tinea rodit. Que ma-  
ri putrescere apte sunt, erodi & teredine solent: que  
autem terra, uermiculis, tineisq;. Teredo enim non nisi  
in mari enasä potest. Est autem ipsa Teredo corpore  
parua, capite magno, & dentibus. Tinea uermiculis  
similes constat, quibus paulatim materies perforatur:  
sed hec curari facile possunt: Nam si offensa materies  
trahatur in mare, durare nimis ualeat. Que uero  
teredinē senserit, curari hec nihil potest. Vermium  
autem, qui nasa in materie solent, alijs putrescente ipsa  
materie generatur, alijs parientibus alijs uermibus: pa-  
riunt

riunt enim uel in cæsa materie uermes, quæ admodum  
in arboribus, qui cerastæ nocantur: cum scilicet tam  
eroferint, atque excauauerint, ut se circumagere pos-  
sint. Eungunt ligna colorata, amara, durâq;: quoniam  
hec erodere nequeant, ceu buxum. Tradunt etiam  
abietis cum germinat decorticatum materiam aquis in-  
offensam durare nimiriū posse. Patuit id apud Phneū  
Arcadie, cum obstrusis fauibus campus in lacum re-  
dundauit: tum enim ductis pontibus ex abiete, cum am-  
plius extumesceret aqua, alijs super alijs fabricatis,  
posteaquam extrusis obturamentis unda erupit, dis-  
cessitq; uniuersa materies incorrupta comperta. Sed  
forte hoc, casuque innotuit.

**C**In Tylo insula Arabiæ materiem esse, ex  
qua fabricatæ naues incorruptæ penè in  
mari perdurent: tum de materijs condien-  
dis, inueterandisque: & qua materiæ fa-  
ciles in opere, & que difficiles: &  
cerdones ex piro sylvestri tabulas faciant,  
ac quomodo circi intorti permancāt.

## C A P V T

VI.



N Tylo autem Arabiæ insula mate-  
riem esse affirmant, ex qua naues  
edificant, que mari incorrupta pe-  
nè perduret. Quippe cum annos plus  
quam ducentos demersa immunis ab  
omni

omni offensa seruetur : extra aquam diuturna qui-  
dem eadem est , sed non tantundem : Ocyus enim pu-  
trere incipit . Quin & illud tractus eiusdem mi-  
randum referunt , quanquam nil ad putredinem spe-  
ctans : arborem enim constare ex qua baculos cœ-  
dunt , pulchrosque admodum faciunt , nec sine ua-  
rietate quadam coloris , pellibus tigrum proxima :  
ponderosam unice materiam hanc affirmant , cūm =  
que in solidiora quisquam proiecerit , modo ficti =  
lium fragilem . Addunt etiam tamaricis lignum , non  
ut apud nos , imbecillum , sed validum , sicut ili =  
gneum , aut aliquid ferme materiae huiusmodi ibi =  
dem comperiri . Id igitur loci coelique discrimina ,  
uirésque indicat . Materiem autem unigenam , ecū  
roboream pineānque cum condiunt ( condire nan =  
que consueuerunt ) non pari altitudine maris uni =  
uersam demittunt , sed aliam iuxta terram , aliam  
paulo superius , aliam altitudine ampliore : sed que  
radici proximiora sunt , citius descendunt : uel si  
fluitent , plus deorsum uersus sanè inclinatur . Mate-  
rierum item aliæ in opere faciles , aliæ difficiles : fa-  
ciles , quæ molles , & omnium præcipue tilia : diffi-  
ciles , quæ dure , nodosæ , crissæ , conuolutioni =  
busq; perplexæ . Aria , roburque omnium diffialimæ .  
Sed quoad particalatim reddere liceat , pini , & abie-  
tis nodus difficilimus constat . Semper autem inter uni-  
genas mellior duriore præstantior : carnosior enim :

¶ quidem fabri hac de iudicandis asseribus ratione utitur. Ferrum uitiatam, duramque materiam magis, quam mollem cedere ualet, etenim in molli obtunditur, ut de tilia dictum est: cōtrà in dura acuitur, qua de causa cardones ex piro sylvestri suas tabulas faciunt. Medullā (ut fabri aiūt,) omnis habet materies, sed cōspecta potissimum in abiete. Eius nāq; orbicularū compositio corticea inspectatur, quod non æque in olea, buxo, atq; similibus: quamobrem quidam buxum, atque oleam medulla omnino carere existimāt: has enim minime omnium distrahi posse. Est autem distrahi ut, mota medulla, contorqueatur materies: uiuere enim diu uidetur. Quamobrem quidam undique simul demere solent, sed præcipue ex circis, quò intorti permaneant, ideoque scindunt. At uero absurdum putatur, commouere materiem, atque peruertere: dispoliatam enim mori facilius posse consentaneum potius dixeris. Mali tamen, atque antennae medulla exempta incommode relinquuntur: sed hoc per accidens: quoniam plerisque uestitunt tunicis, sed fortissima, tenuissimaque postrema pars est: sic ictissima enim, atque ita ex reliquis, quæque ad portionem existimari utique debet: ergo scissa materie, siccissimis illis tunicis medulla dispoliatur. An uero sicut ratione medulla constet, querēdum. Materiā autem dum trahitur tam fissam, quam sectam peruerteret, si id non ut oporteat, seatur:

cetur: rectam enim fore sectionem oportet, nec ullo pacto obliquam. Exempli gratia, si medulla per A lineam constet, haud quaquam per B C secundum, sed per B D: Hoc enim modo medullā perire, illo uiuere posse arbitrantur. Sed nullam materiem medulla casare hac existimant ratione.

**C**in omni ligno suam ineffic medullam, ac lignorum alia esse fissilia, alia dolatilia, alia rotunda. Quæque ponderi cedant, quæ non.

## CAPVT

## VII.



Onstat enim uel eas medullam habere, quas carere putaueris, ut buxum, celtum, ilicem. Argumentum quod ualuarum sumptuosarum cardines facere ex his artifices solent, cumque architecti faciundos ex medulla præcipiant: quod ite, uel omnem medullam distrahi posse, etiam duriissimum materierum, quas nonnulli corda appellant, argumento sanè accipi potest. Materici autem (ut sic loquar) uniuersæ pars duriissima, rarissima medulla est, atque etiam ipsius abietis: Rarissima quidem quonia nerus amplio inter se distantibus interuallo, carnéque media copioso re cōstat: Duriissima uero, quod & nervi duriissimi, & caro duriissima est, qua de causa architecti partes medullæ proximiores auferendas præcipiunt, ut quod spississimum, molliissimumque materici

rici sit, tantum relinquatur. Lignorum alia fissilia, alia dolatilia, alia rotunda: Fissilia, quae diuidentes per mediū secant: Dolatilia, quorum partes exteris circum dolant: Rotunda, quae scilicet intacta omnino relinquunt. Ex his fissilia nullam penitus rimam patiuntur, quoniam enudata medulla exicatur, atque emoritur: dolatilia, & rotunda rimas admittunt, longe que magis rotunda, quod medulla in his lateribus plenioribus circundatur. Haud enim quicquam ex cunctis est, quod fissura immune possit evadere. Itaque loteis, reliquisque, quorum usus ad cardines, ne fundantur, simo illinunt bubulo, ut siccatur, sensimque diffletur, atque evaporetur humor medullæ. Vis mea dullæ huiusmodi est. Pondus sustinere abietem ualide, & pinum (nisi enim ponderi cedunt, ut robur, & reliqua terrena, sed renituntur) argumentum, quod nunquam rumpuntur, sicut olea, & robur: sed prius, q[uod] uiribus carie, aliisque deficiunt. Palma quoque præualida est, & in diuersum, quam ceteræ incurvantur. Quippe cum reliqua omnes in inferiora flectantur, palma è contrario fornicatim se flectit. Quin & pinum, atque abietem reniti affirmant. Iuglans frangi se sonitu prænuntiat: est enim uel ciu[m] materies àpla, ususq[ue] ad opus tectoriu[m], ita ut presentire homines possint: quod & in Antandro acidisse, omnésque è balneis terrefactos profugisse traditum est. Valida etiā ficus, sed in restu pertendens. Pinus omnium ferè maxime uiribus ualeat, & ad usum edificatoriū spectabilis eadem

dem potissimum est, laxitatis, rectitudinisq; meatum causa. Hac enim ne fundi quidē ullo pacto posse affir= mant, si glutine muniatur. Obedientissima philyæ est, candorq; ei cælastri modo. Tilia inter reliquas præci= puetalis est. In totum enim præfacilis operibus est, præ sua mollitia, ut retulimus. Fletri facile possunt (quoad simplicē reddere rationē licet) omnes, que lēte sunt: sed moro, atque caprifico primatus indubie datur. Quamobrē furculas, circos, denique ornamento quæ= cunque fieri soleant, hisce conficiunt.

**C**Quæ facile, difficileq; secentur, terebrenturq;. Quæq; vorno sculpturæq; conueniant: quæ humi= dissimæ, quæ nauibus aptissimæ sint: quæ tectis, & plerisque alijs commodissimæ, ut abies, pinus, ce= drus, piæa, robur, tilia, acer, carpinus, taxus, ilex, sassima, ulmus, buxus, potulaca, iuglans, terebin= thus, philyæ, aphæra, cælastrus, laurus, salix.

## C A P V T

## VIII.



Eantur, findunturque facilius, quæ humidiora capiuntur, quæn ut scississima sint: altera enim cessant, altera co= stant. Quæ uero nimis uiridia sunt, hæc admodum coçunt, segmentaque inter dentes ferrarum admittunt, implentque. Quæ de= causa dentes alterna inclinatione fabri permuntant, ut sponte educi possint. Sunt & terebratu difficiliora, quæ nimis uiridia. Terebramenta enim, ut pondero=

sa

sa expui haud quaquam celeriter possunt, sicutorum ē diuerso celeriter. Aēr enim ferue factus confestim ex-puit. Rursus difficile leuia, & sicca secantur: euenit namque ut ueluti fistili sectio inferatur. Quamobrem lignis perforandis aquā infundunt. Seari, torno, sculp-turæq; faciliora, quæ uiridia: quippe cū ferrū magis insidat, hærcatq;, nec q̄c q̄ resiliat: searis quoq; mollio-rū, sculpturāq; expeditior, leniōrq;. Quin & cornus ualidissima est: reliquas ulmus uiribus suis facile uincit, qua de causa cardines, (ut dictū est,) foribus ulmeos addūt. Humidissima fraxinus, sciſſimāq; lectulos enim cēdere aptos ex his conficiunt. Ad summā, qui-bus quæque materies commoda, & que nauibus, ædi-bus uel idonea (nā huiusmodi usus plurimus, summisq; operibus adhibenduss est) explicare tentabimus. Quā-tum commoditatis singula sortiantur, pro uiribus ape-riemus: abies, pinus, cedrus (ut summatim cōtingā,) constant aptissime nauibus: triremes enim, atque lon-ga nauigia, ex abiete, leuitatis gratia faciunt. Rotun-da uero ex pino, quoniam non putrefeat. Nōnulli etiā triremes ex eadem condunt, quod abiete carent. Qui Syriam, Phœnicemque incolunt, cedro utuntur, quia pino etiam e gent: Cyprijs piæa: hanc enim illa insula habet, uideturque pino præstantior, & cætera quidē ex his: carinam uero triremibus quernam subiiciunt, ut cū in terrā attrahitur, resistere possit. Nauibus one-varijs, pineam, atq; etiam quernam subiungunt, cum extrahendas ædificant: minoribus uero saſſima depu-tati

tata est. Atq; in totum ex hac testudinem condere aſſolent. Nec pino, atq; abieti quercus conglutinari ualeat, altera enim ſpiffa, altera rara: et altera ſimilis, altera minus. Affectus autem ſimilis ea eſſe oportet, quæ ſociari, conſularique debeat, non contrarij, eueni ligno lapidem coniungere uelis. Tornatus nauibus rotundis ex moro, fraxino, ulmo, platano: lenitatem enim, firmitatemque ad eſſe oportet, ſed deteruimus, qui ex platano fuerit: celeriter enim putreficit. Sunt qui triremibus uel ex picea leuitatis cauſa tornandum ſtatuant firmamentum: testudinem, et auriculas ex fraxino, moro, ulmoque fabricat: ualida enim hec eſſe oportet. Hæc ferè naualis annotatur materies. Sed tectis commoda, copioſior eſt: abies enim, pinus, cedrus, iuniperus, utque in plenum referam, commoda unaquæque materies eſt, præterquam ſi qua firmiſſima penitus conſtet. Non enim quæque operi eidem accommodatur, quemadmodum nec in nauium fabrica. Reliqua materies artium proprijs redditur, exempli gratia, uasis, ac instrumentis, et ſequi aliud eiusmodi habeant. Sed ad plurima penē uſum abies præstat, quippe quæ ad tabellas etiam accommodari pictorias poſſit. Aedificijs itaque optima, quæ uetustiſſima, modo immunis carie fit. Operibus enim (ut ita dixerim) omnibus aedificatorij aptiſſima eſt, ſed nauibus propter flexum humidior capiatur neceſſe eſt. Nam ad conglutinationem quidem ſiccior aptior eſt, Nauis enim compacta, ut extra

mare fidelior constat: & in mare protracta humore  
inbibito, se undique protinus comprimit, atque ri-  
mis coniunctis omnibus continuaat: nisi quicquam pe-  
nitus exaruerit, tunc enim gluten aut omnino asperna-  
tur, aut non aequa recipit. Sed iam particulatim matri-  
riæ, quæ commoda sit capiamus oportet. Abies & pi-  
nus (ut proposuimus,) & domibus, & nauibus, &  
alijs plerisque commodissimæ sunt, sed plura abies  
expedit. Picea usus quidem ad utrunque opus, &  
maxime ad nauale, sed putrere celeriter incipit. Ro-  
bur tam nauibus, quam domibus commodum: necnon  
& in terra obrutum durat. Tilia foris nauium lon-  
garum, & arcarum, mensurarumque fabricæ expe-  
tenda est. Habet etiam corticē funibus cuiusque per-  
commodum. Acer, & carpinus, lectis, iugisq; iumento-  
rum, atque in totum operum sumptuosioribus ce-  
ditur. Taxus tenuis tilia conglomeramenta capsis,  
scrinijs, subsellis, atque in totum similibus præstat.  
Ilici honos ad axes plastrorum uerticis simplicis, &  
iuga lyrarum, psalteriorumque. Scissima ad pla-  
strorum uectabulorumque uilem fabricam. Utulis ul-  
mus ad fores, præla, & torcularia: Quin & ad  
carpentarium opus, sed mediocriter. Buxus ad axem  
plastris, & ad burem aratris. Potula ca mulieris  
bus ad opus textorium. Juniperus ad rem ædificatori-  
am tum subdiualem, tum obruendam sub terram. Du-  
rat enim immunis putredine, pari modo & iuglæs.  
**Q**uin immo omnium præcipua operi subterraneo redi-  
ditur.

ditur. Est & buxi usus ad nonnulla: quæ tamen monte Olympo prouenit, ob suam breuitatem, nodositas & tenuis extat inutilis. Terebinthus non nisi fructu, resinaque utilis. Neque philycæ honor, præterquam in aliendo pecore: semper enim fronde abundat. Apharæa uallis expetitur, & ad urendum commoda est. Cestri usus ad baculos. Quidam etiam laurum addūt: seniles enim, & pulchros, & præleues baculos ex hac faciunt. Salicis ad scuta, cistellas, canistra, & eiusmodi reliqua. Reliquas quoque arbores singulatim persequi pari modo possumus.

**C**Quæ quibus instrumentis cōueniant. Cedroſe que in Syria præstantissimas, ac tredecim passuum longitudinem fuisse earum, quæ ad undiciremē Demetrij regis cæſæ. In Corsica arbores amplissimas, magnoque discriminē cæteras excedentes. Romanos in Corsicam profectos condēdi oppidi gratia, & destitisse ob uastarum arborum multitudinem, ex ijsq; ratem edificasse quinquaginta uelis ducendam. Item de Latino agro, & monte Circeo.

## CAPVT

## IX.



Ecnō ad instrumēta fabrilia digestio singulis fieri potest, ut malleolus, & terebra ex oleastro optime fiūt: quam & buxeis, ulmeis, fraxineis que utuntur. Malleos magnos expi-

nij cca

cea faciunt: simili modo & reliquarum cuique opus quoddam tribuitur, sed hæc pro usu discerni desyderant. Materies autem unaquæque pro loci natura ( ut etiam prius retulimus ) suam obtinet differentiam. Nam alibi celtis , alibi cedrus miranda assurgit, ut uidere in Syria licet . Illic enim cedri in montibus, cū longitudine, tum crassitudine præstantissimæ exēunt: q̄ppe adeò crassescūt, ut sint, quas ulnæ hominū quatuor nequeant amplecti: addūt his ampliores pulchriorēs q̄coperiri in hortis. Quòd si quis sinat, nec cedat, mirum in modum quodque arborum genus, modo si bi proprium habeat solum, excrescere posse uidetur. Itaque quòd in Cypro reges cum ex imperitia , tū ex transuēndi difficultate , nunquam materiem ceciderint , longitudo ijs , quæ ad undecimrem Deme trij regis cæsa sunt , passuum tredecim . Ligna autem mirifice procera , enodia, leuia , sed amplissima magnitudine arbores , magnóque discrimine cæteras excedentes nasci in Corsica produnt. Quāuis enim in Latino agro, pini, & abietes tum magnitudine , tum pulchritudine , inter omnes italicas præstent , tamen ad earum rationem , quas Corsica gignit , pro nullo certe habentur . Romanos enim aliquando condendi causa oppidi in eam insulam nauibus quinque & uiginti projectos , tam uastis arboribus locus dicitur excepisse , ut nauigantes per sinus quosdam , & portus , nexus , densaque malos percinderent: & omnino insula tota confertissima

ma,

ma, & quasi effera<sup>t</sup>a immani arborum turba spe-  
ctaretur: Quamobrem Romanos à condendo oppi-  
do destitisse aiunt. Sed nonnullos ingressos, breui  
ex loco tam largam cecidisse materiem, ut ratem per-  
conderent quinquaginta uelis ducendam, quam in  
pelago perijsse addunt. Corsica igitur seu ratione  
laxationis, seu etiam telluris, cœliq; uirtute locis plu-  
rimum cæteris præcellit. Latinus autem ager aquis  
totus abundat, & plana laurum, myrtumque ha-  
bent, scissimamque mirabilem: tanta enim longitudi-  
ne cæditur, ut pro carina Etruscis nauibus possit  
sufficere. Montuosa pinum, & abietem ferunt. Cir-  
ceum uero, quod uocant excelsum quoddam promon-  
torium tradunt frequentissimum arborum, & ro-  
bore, lauro, myrioque maiore ex parte scatens. Cir-  
æn in eo habitasse incole referunt, & tumulum El-  
penoris monstrant, apud quem myrti proueniunt mo-  
do coronarij generis, cum cætere ampla excent ma-  
gnitudine. Insulam antea Circæum istud fuisse nota-  
tur: nunc enim à fluuijs quibusdam exaggeratum, fa-  
ctumq; littus est. Magnitudo insule circiter octogin=ta stadia. Sed pro locoru<sup>m</sup> proprijs, permulta magna-  
q; exultant discrimina, ut sepius diximus.

**C**Quæ ad usum ignarium, adq; carbones con-  
ficiendos cōmodæ: quæq; fumose sint, & qua-  
rum fumus acerbissimus. Item quo modo fu-  
mo immunes euadant flaminamque mollissi-  
mam faciant. De atragena, & cur statuæ è  
n iij cedro,

cedro, sudent. Materiem item oleagineam, uel  
sepe laboratam germinare.

## CAPVT

## X.



VO autem pacto se se ad usum igna-  
riū quæq; materies habeat, dicendū  
nunc est, exploratumque habere co-  
nandū. Ergo carbones optimos spis-  
siſimæ materies faciunt, ut aria, ro-  
bur, arbutus: solidissimos enim, ita, ut diurniores, ef-  
ficaciorēsque sint. Qua de causa in metallis argēte-  
is hisce ad decoctionem primam utuntur. Sed deterri-  
mi inter eos, roboris, quōd terrestiores. Vetusioris ar-  
boris, & potissimum annosæ, deteriores, quām no-  
uelle eadem de causa sunt: summa etenim siccitate  
constant, idēoque cum ardent, dissipant: humoris nā-  
que aliquid habeant, oportet. Optimi, quos etate ui-  
gens materies fecerit. Sunt enim spissæ, terrenæ, hu-  
midæq; naturæ temperatores: cōmodiores etiam, qui  
ex apriis, siccis aquilonijsq;, quām qui ex umbrosis,  
humectis, austrinisque. Generis item siccioris quan-  
tum spissius est, carbonem præstat commodiorem: quò  
spissius enim humidius est, atque in totum, ordinis uel  
natura, uel loco siccioris pars spissior, commodior ea-  
dem de causa est: usus uero diuersorum diuersus.  
Quibusdam enim operibus moliores expeti solent,  
ceu ferreis metallis, iuglans, cum iam exarserit: &  
argenteis, qui confecti ex picea sunt. Quin etiam ar-

tes

tes carbones suos desyderant. Et quidem excusores pineos potius querunt, quoniam querent, quanquam infirmiores sint: ad flatum enim respondent commodius, quoniam minus marcescant, extinguanturque. Est autem flamma eorum celerior. Denique rarorum, & leuium, & aridorum tam carbonum, q[uod] lignorum actior est: contra spissorum, & humidorum, lentior, atque crassior. Omnium acutissimam humilis reddit materia, sed carbones nullos relinquit, eo quod corpus lentia caret. Cedunt, componuntque ad carbonem conficiendum, que recta, & levia sunt: enim uero quandissime componi ad concremationem oportet. Cum uero fornacem circum accenderint ignem, ueribus interpongentes transmittunt, flammamque penitus excitant omnibus corripiendis. Hec querere ad carbones solent. Fumosa genere quidem uniuersa, quae humida sunt. Et uiridia quoque fumosa easdem de causa experimur. Humida inquam, quae paulustria, ut platanus, salix, populus: nam & uitis fumosa dum humida est. Palma suapte natura fumosa est. Ex quo illud Cheremonis carmen, Palma que uenas usque fumosissime radice natas. Fumus acerbissimus, fici, caprifici, & cuiusque lacteo succo humentis: causa humor est. Hec rama decorticata, & aqua superinfusa madefacta, deinde siccata, omnium maxime immunia fumo evadunt, flammamque mollissimam faciunt: ut posse cum proprius quoque, innatusque humor ex-

emptus sit. Quinetiam cinerem eorum, lixiuiamq;  
acrem sentimus, ac præcipue amygdalæ: Quanquam  
ad fornaces, artesque reliquas cōmoda percipiatur.  
Ad ignem excipiendum aptissima fucus, oleaque. Fi-  
cus quia lenta, & rara corpore: fit enim exinde ut  
facile attrahat, nec quicquam dimittat. Olea quia spis-  
sa, & pinguis. Fomites tametsi ex multis fieri pos-  
sint, tamen optimi, qui ex nuce, ut Menestor est au-  
tor: celerrime nanque, largissimèque respirat. Ignas  
ria commodissime capi ex atragena uocata existimat.  
Arbor hec uitis, & labruscæ similis surgit: modo  
enim illarum arbores scandere solita est: Sed con-  
ceptaculum ex hac, terebrum uero ex lauro faciun-  
dum censem. Non enim ex eodem quod agat, quoda-  
que patiatur, sed è diuersis accipientur: & alterum  
efficiendi, alterum patiendi uim obtineat, natura  
protinus exigit. Cæterum uel ex eodem nonnunquam  
conficiunt, nec desunt, qui nihil referre arbitrentur:  
commoda etiā ex rhamno, que quidem uel concepta  
culum præbere idoneum potest. Non enim tātū humo-  
re exinanitum, arefactumq;, sed etiā rarū esse opora-  
tet, ut atritus efficacior esse possit. Terebrū pati pti-  
nacius esse debet: qua de causa laureum faciunt. Id  
enim pro sua acrimonia ualentius resistens, opus cō-  
modius expedit. Quin & ex rhamno, ilice, tilia, et fe-  
rē plurimis id fieri solet, præterquam ex olea: quod  
certe absurdum putaueris: Oleam enim duriorem,  
pinguiorēmque esse constat. Sed hæc ob immodi-

cum

cum scilicet humorem inepta redditur ad ignitionem.  
Quodque autem genus ignariorum aquilonijs flatibus ignem ocyus, magisque concipit, austrinis minus:  
et locis editis, atque sublimibus magis, quam consueta  
cauis. Cedri materies nata est humorem emitte:  
re, et in plenum omnes quibus oleofus est hu-  
mor. Quamobrem deorum statuae uise  
sunt aliquando sudasse: ex his enim  
condere eas consueuere. Quod au-  
tem Luannam appellant, et sa-  
crificijs obseruandum aru-  
spices iubent, concreto  
quodam humore,  
extuberat, ma-  
gnitudine  
piri, aut  
paulo

maiis, miniusue. Germen potissimum citat mate-  
ries oleaginea cum rudis, tum sepe laborata in  
opus, si quem humorem sentiat, locumq; habeat  
humectum: ut iam cardo quidam ualue proda-  
tur germinasse, et podium limo iniectum.

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER SEXTVS.

**C**De suffruticibus, herbisque, ac frugi-  
bus: tum quæ maxima omnium generū dif-  
ferentia, & que auleatis herbis, & quod  
tribuli proprium: item quibus desit acu-  
lus.

CAPVT I.



E ARBORIBVS atq;  
fruticibus dictum iam est,  
nunc de suffruticibus, &  
herbis doceamus, consequi-  
tur: & si qua in hisæ alia ge-  
nera comprehenduntur, illa  
quoque adnotemus oportet,  
ut fruges: Nam hæ quoque  
inter herbas deputari desyderant. Sed primum uerba  
de suffruticibus faciamus: id enim genus proprius  
ad predicta accedit: quòd nimurum surculosum assur-  
gat. In omnibus forte platarum generibus, sylvestre  
semper urbano copiosius est, uel si id minus ceteris  
constet. In natura quidem suffruticum ita proculdu-  
bio esse fateri conuenit. Pars enim exigua hoc in ges-  
nere urbana notatur, quæ coronarijs penè consumea-  
tur

tur: ut rosa, viola, Iouis flos, sanfucum, cliuū : item ser  
pyllū, sisymbriū, heleniū abrotanum: hæc enim omnia  
surculosa, minutisque condita folijs constant, fruticēs-  
que proinde redduntur. Item etiam in olerum genere  
simili ratione sentitur, exempli gratia, Radix, ruta,  
quæq; similia, de quibus haud minus forte secundum  
propriam appellationem dixisse conueniet, cum men-  
tionē coronamentorū, atque olerum faciemus. Nunc  
de sylvestribus primum dicendum est. Horū igitur spe-  
cies, partesq; plures, cum singulis generibus, tum totis  
speciebus existunt, quas utique discernamus oportet.  
Sed maximā cunctorum generum acäperis differen-  
tiam, quod alia sine aculeo, alia aculeata. Et rursum in  
eorum utroque permulta generum, specierūmque di-  
scrimina constant, de quibus iam referre tentandum  
est. Ergo aculeatorum alia ex toto aculei sunt, & u cor-  
ruda, & nepa: hæc enim nullum iuxta aculeum folium  
gerunt. Aliæ folijs constant aculeatis, ut acanum, crin-  
gium, cnecum: hæc enim atque similia in folijs aculea-  
um gerunt, quamobrem folijs aculigera dixeris.

Quædam etiam iuxta folium aculeatum, altero quoq;  
folio conduntur, ut ononis, tribulus, phleus, quā non-  
nulli stœbam appellant. Tribulus uel semine aculei ge-  
rum constat: habet enim in semine aculeum. Qua de  
causa, id quoque proprium ei (ut sic loquar) p̄e o-  
mnibus licet utiq; adnotare. Nam ramis quidem acu-  
leigerā, uel inter arbores, fruticēsq; multa comperire  
potueris, ut pirum syvestrem, malum punicam, paliu-  
rum,

rum, rubum, rosam, apparim. Hæc in aculeatorum genere discrimina senseris, quoad notatim liceat subsignare. At eorum, quibus aculeus deest, digestio nulla penitus generatim fieri potest: quippe cū foliorum diversitas, amplitudine, paruitate, figurāque, immensa incertāque sit. Quamobrem alio modo diuidere illa tentandum profectò est. Sunt autem genera eorum cōplura, summisque differentijs discreta, ut edera, mesothrum, rubea, smerea, casia, origanum, satureia, lens, salvia, marrubium, pulicaria, apiastrum, cæteraque similia. Atque etiam quæ munus similia sunt, scilicet quæ ferulacea, & nerucaulia constent, ceu fœniculum, equifœniculum, ferulago, ferulaque, herba muralis, siue muriada à quibusdā uocata, cæteraque similia. Hæc enim omnia, atq; in totum, ferulaceum suffruticum naturæ addixeris. Genera uero atque discrimina, singulis hisce indicatis habentur, alijs evidenter, alijs occultiora.

**E**deræ, & casiae duo esse genera De origano, thymo, sphacelo, salvia, marrubio, pulicaria, ferula, ferulagine, mandragora, cicuta, elleboro, albuco, fœniculo, muricida.

CAPVT II.



Deræ namque duo genera, mas, & femina. Quoniam altera maius, duius, pinguisque folium habeat, floréque ad purpuram inclinatum: ambabus tamen flores rosis sylvestribus proximi, uerum minores & sine odore. Casiae quoq; duo

duo genera, alia enim candida, alia nigra: candidæ folium modo cutis oblongum, figura quodammodo oleagineo simile: nigre quale tamarici, carnosum. Candida magis se humili spargit, odorataque est: nigra odo re caret. Radix ambabus, que altæ descendit, grandis, ramique permulti, crassi, surculosiq; ab ipsa protinus tellure, aut paulo superius sparsi lenti admodum constant. Quamobrem hisæ ad colligandum modo iuncta utuntur. Germinant, florentq; post equinoctium autumni, & multum denique temporis florent. Et origani uero genus nigrum, sterile constat: cädidum, fructuorum est. Quin & thymum candidum, nigrumq; redunt, sero id admodum floret: nam arca aestuum solstitium incipit. Mel apes hinc capiunt, & hoc augurio aparij constare affirmant, an probe melletur, nec ne etenim si aliter defluerit, mellatio minus probe succedit: destruitur, peritq; flos, si imber inæsit: Semen foecundum satureiæ: atque etiā magis origani manifesto sentitur. Thymi nullum ostendi potest, sed floribus quodam permiscetur modo: flores etenim serunt, itaque oritur thymum. Qui tamen Athenis deportare desyderant, querunt, atque inueniunt. Peculiare tam præ ijs ipsis, quam præ reliquis omnibus, uel ex locis sortiri thymum autmant. Nā quò flatus è mari nequeat peruenire, illuc nasci duraréque posse omnino negat. Qua de causa nec in Arcadia satureia, & origanum prouenire possunt. Quanquam similia multisq; in locis gignuntur: proximū sane, quod etiā

in olea euenire notatum est. Nec enim ea trecentis à mari stadijs prouenire posse uidetur. Sphaælus, & salvia inter se distant, quasi alterum urbanum, alterum genus sylvestre dixeris: Sphaælo folium leuius, contractius, minusq; squalens: salviae sabrius. Sunt et maa rubij duo genera, aliud enim folio herbido, serratori, inasurisq; profundioribus, & proinde conspectioribus discreto constat, quo unguentarij uti ad nonnulla consueverunt: alterum rotundius, squalensq; uehemeter, sicut sphaæli, incisurasq; habens obscuriores, minusq; serratum. Platicaria mascula, & foemina cestot: distant quæ admodum cetera, que sic discerni desyderant: Foemina enim tenuiori folio conditum, & compressior est, atq; in totum minor: Mas amplior, crassioriq; caule atque ramosior, & folium amplius, pinguisque habens: Necnon & flore splendidior est. Ambo fructifera sunt: in totum serotina germine, floreque constant: quippe cum circa arcturum, & post arcturum incipient: Mari grauior odor, foeminae acrior: ideoque contra bestiarum mortuorum commodior est. Hec igitur, & similia disparec quasi inter se sentiuntur. Sed adsunt alia facie uniformi, tum in ijs, que ante enumerauimus, tum in cæteris: plura namque proueniunt. Ferulaeum autem genus (Nam id quoque inter suffrutices est) in plures species spargitur: Sed primum de eo, quod commune omnium constat, dicendum est, scilicet de ferula, atque ferulagine: seu idem genus ambabus differens magnitudine tantum, seu etiam alterum sit, ut nonnulli putarunt

putarunt. Ergo natura eārum, que confīcī possit,  
consimilis certe sentitur, preterquā ratione magnitudinis: Ferula enim grandis admodum surgit: Ferula  
lago autem humilis. Sed unicaules ambæ geniculatæ  
sunt. Folia & caliculi quidā geniculis erumpunt, ac  
alternatim exēunt: folia alternatim inquā, q; non ex  
eadem parte geniculorū, sed permutatim caulem ma-  
gna ex parte amplexa, sicuti arundinea proueniunt,  
nisi quod deflexa hec magis molle ue, magnitudinisq;  
causa: folium enim grande, molle, multifidum, ut ca-  
pillarymenti modo fere inspectetur, maximāque terræ  
proximā, & reliqua subinde ad portionem: flos mel-  
linus, semen obscurum, anetho simile, sed maius fina-  
ditur caccumine, inq; stipites quosdam haud magnos  
dispergitur, quibus flos, semēque insidit: nec flore  
fructu ue laterales caules carent, sed modo anethi fe-  
runt, annuo caule constat. Et germinatio in uere pri-  
mum foliorum, tum caulis, ut etiam in ceteris fieri so-  
let: radice alte descendit, eadēque singulari inniti-  
tur. Talis ferula est. Ex reliquis autem quædam huic  
proximiora caule cōstant, ceu mādragora, cicuta, clā-  
leborū, albucū, quædā ueluti neruicaulia sunt ut fo-  
niculū, muricida, & eiusmodi reliqua. Fructus mā-  
dragoræ peculiaris, q; niger, racematus, uinosusq; suo  
sapore sentiatur. Sed præclara summeq; peculiaris na-  
tura laserpitiij, & papyri egyptij: Nā hæc ferulacea cō-  
stant, & de papyro inter aquatiles prius retulimus.

De

**D**e la serpitio, magydari, quidq; differant inter se: item de nepa, corruda, siue asparago, & que acanacea sint: de herba lanaria, sonco, eneco, carnaria, spina candida, æraria, aculeosa, fuso agresti, buxo asinino, carduo pinea, uernilagine.

## C A P V T

## III.



E la serpitio nunc indicandum est: La serpitio radix multa, crassaque: caulis quantus ferulae, & crassitudine feare proximus: folium quod maspetum uocant, apio simile est: semen latum, foliaceum, scilicet quod folium appellatur: caulis annuis sicut ferulae. Ergo uere incunte maspetum hoc exit, & peius eo purgatur, pinguis citq; uehementer, & carnes mirabilem in modū suaves redditur. Post hac caulem edit hominum cibo idoneum omnibus modis, elixum, assūmque: corpora eo quoque purgari serunt. Quadragesima diebus succus capitur duplex, alter ex caule, alter ex radice: qua de causa alterum sa parium, alterū radicarium uocant. Radix nigro cortice tegitur, eumque detrahere solent. Sunt ueluti cera tæ mensuræ cœdendæ radicis, quibus quantum conferre putetur ad futurā cesuram reseruantes, reliquum absindunt. Nec enim deuie, neque plus constituto cœdere licet: corruptitur enim putrescitq; si diu maneat. Præparant id, confiauntque in Pyraeum portum aduersum hoc modo: Cum in uasis coniecerint, farinamque admiserint, quantiunt lōgo spatio temporis: hinc

binc etiam colorem capessit, & conditum iam incorruptū perdurat. Præparatio, cæsurāque ita se habet: Locum Africæ ampliū occupat, ampliorē, quām quatuor stadiorum milia in hortis Hesperidū ferunt. Sed maiorem partem colligi apud Syrtes. Peculiare huius eulta fugere loca proditur, quamobrem si colatur, mitescātque solum, deviat, atque omnino degenerat: ut pote natura culturæ aspernans, ferocitat'isque constans uernaculum. Cyrenenses annis septem prius, q̄ ipsi urbem habitarent, la serpentum extitisse affirmāt: Habitant uero annos maxime trecentos usque ad Simonide Athenis magistratum. Illi sic referunt. Alij radicem la serpentij cubitalem fieri tradunt, aut paulo maiorem: Hanc in medio extuberare in caput, quod sublime penitus extat, ut ferè super terram esse appareat: unde primum quod lac appellant, erumpit, de in caulis assurgit, ex quo magydaris, & quod folium dicitur, excunt. Folium id semen est, quod cum auster ingenuë post caniculam flauerit, discutitur: atque ita la serpentum nascitur, eodemque anno raddix consumatur, & caulis. Sed hoc haud quicquam peculiare notetur: nam alijs quoque idem tribuitur, ni dixeris, quod discussum id protinus nasci potest, ortum peculiarem sortiri, supradictisque propterea diuersum accipi posse. Ad hæc circumfodiendum id annuum censem: Nam si relinquatur semen omne, calemque totum proferri, & deteriora tam hæc, quām radice reddi existimant: De fossa autem fieri melius

ra scilicet solo subacto, beneque gluto. Sed huius contrarium illi uolunt, qui culta reuasare id inquiunt. Mandi quoque radices in aceto recens decisas referrunt. Folium colore aurum emulatur. Contrarium etiam quod pecora folio esitato purgari minime indicant. Nam & uere, & hyeme, pecus ad montem dimitti affirmant: abus non solum hoc, sed etiam altero quodam abrotano simili administratur. Vim ambo calefactoriam sortiri planè uidentur, & purgare quidem nequaquam ualere: exicare autem, & concoquere unice posse. Quod si qua pecus ægre scens, aut aliâs minus bene se habens ingressa sit, mox eam sanari, aut emori aiunt, sed magna ex parte posse seruari. Hæc igitur utro tandem sint modo, querendum. Quod uero magydarim uocant, nimirum à laserpitio differt: tenerius enim, minùsque uehemens. Id sentire, & sine lasere est. Necnon & aspectu manifesta experto homini constat. Nascitur in Syria: nam apud Cyrenam, & monte Parnassolarge prouenire eandem affirmant. Sed quidam laserpitium id appellant. An culta id quoque, modo laserpitiij fugiat, querendum. Quin & si quid simile, aut proximum habeat, ad folij, caulisque rationem, & si quam illo pacto emitat lachrymam id inuestigandum. Ergo naturam ferulaceam, hisce contemplari oportet. Aculeata vero sequitur, ut hoc exponamus, quoniam distinetum superius sit, aliud totum esse spinosum, aliud spinosum

spinosum foliatum, seorsum de utroque dicendum:  
 atque tertium illud addendum, quod iuxta aculeum  
 folium gerit. Phleus enim, tribulus, capparisq; peculia  
 re nimirum obtinent, ut non solum caulem aculeatum,  
 sed etiam folium habeant hispidum. Inter ea uero dia-  
 stincta genera, plurimum quod aculeato folio constat,  
 nimirum dixerim: quod ex toto spinosum inspicitur,  
 exiguo id est numero, quemadmodum diximus: Et  
 difficile quicquam fermè inueniri, præter corrudā,  
 & nepā, que post equinoctium autumni florescunt.  
 Nepa enim florem in carne extuberante sub extre-  
 mo aculei profert initio candidum, postea leuiter ac-  
 cedentem ad purpuram. Corruda propter aculeos pu-  
 fillum quendam producit peciolum, ex quo flosculus  
 tandem ipse erumpit. Nepa radice singulari, eadē-  
 q; breui adhæret. Corruda radice large alta, nume-  
 rosa, eadēmque tam crebra innitiatur, ut pars super-  
 na radicum tota connexa, & continua reddatur, ex  
 qua uel ipsorum caulium facilitatur prouentus. Exit  
 caulis de corrudagine uere, ciboque idoneus est: de-  
 inde durescit, florescitq; in dies: flos non solum ex  
 hoc, uerum etiam de primoribus emergit caulis.  
 Hæc annuo constat caule. Igitur que spinafa in to-  
 tum sunt, naturam eiusmodi obtinuerunt. Illorum  
 uero que folio constant aculeato, genus (ut sic lo-  
 quar) magna ex parte acanaceum est: Acanaceū in-  
 quam, quoniam conceptus, & id cui flos inheret, aut  
 etiam fructus, spina, uel spinaceum quicquam sit. Sed  
 o ij differunt

differunt inter se magnitudine, figura, colore, multitudine, paucitateq; spinarum, reliquarūmque rerū, exceptis tantum admodum paucis, cœu herba lanaria, sonco, & si qua sint alia. Reliqua (ut ita loquar) omnia eiusmodi sortiuntur naturam. Nam & cnecum natura spinosa est, quanquam discrepat semine. Verum hæc omnia eiusmodi sunt, acarna, spina candida, æraria, cnecum, aculeosa, fusa agrestis, buxus asininus, carduus pinea, uernilago: hæc tamen nō aculeatis folijs constat. Carduus etiam nimirum eiusmodi folijs est, & beta sylvestris, & alia plurahuiusmodi percipiuntur. Sed præter ea prædicta discrimina, distant inter se, quod alia multis constant causibus, ramosque fundunt, ut cnecum: alia superne cascumine tantum sparguntur, quemadmodum rhutrum: & alia protinus primis imbribus germinat, alia post: nonnulla etiam æstate, ut quæ tetralix à quibusdam uocata est: Et carduus pinea pari modo, & flores differentiam faciunt. Carduus enim pulchre, diuque floret: acarnis differentiæ non sunt.

**C**De cnecco sylvestri, ciusque generibus, ac de acarna iterum, & fuso agresti, carduoque, & carduo pinea: de cacto etiam, que tantum in Sicilia nascitur. Tum eorum, quæ spinosis folijs constant, iuxta aculeum quedam folium gerere.

CAPUT

III.

Cnecum



Necum sylvestri, urbanoque discer-  
nitur: sylvestris genera duo notatur,  
alterum urbanum admodum simile,  
recticaulius tamē, quamobrem ex eo  
mulierum priscarum nonnullae colie-  
utebantur: fructum nigrū, maiuscum, amarūmque  
parit: alterum genus densum constat, caulesque son-  
ceos profert, & quodammodo humicaule fit. Nam  
propter foliorum molliciam declinatur, procumbita-  
q; ad arua. Fructum amarum, frequentem, barbæq;  
modo hirsutum gignit. Sunt ambo seminosa, uerum  
sylvestre copiosius fert: eius peculiare præ alijs syl-  
vestribus est, quod illa duriora, spinosioraque ur-  
banis proueniunt: hoc autem, mollius, ac leuius con-  
stat. Acarna quo ad simplici ratione exprimi licet, a-  
spectu neco urbano similis est, colore flauicans, suc-  
co pinguis. Fusus agrestis his candidior est, habet-  
que peculiare, quod in folijs euenit: decerpta enim,  
carnique allata, succum sanguineum effundunt, qua  
de causa phōvos, id est cruor à quibusdam spina est  
hæc nominata: grauis etiam odore, cruentisque re-  
presentans, sero perficit fructum. Autumno enim et  
quidem in totum (ut summatis proponam) uniuersa  
spinaceorum natura fructus, serotina existit. Hæc  
autem omnia tam semine, quam radice proueniunt,  
ita ut breue quoddam, inter ortum, & seminum per-  
fectionem labatur spacium temporis. Cardui non  
solum peculiare illud notatur, quod radicem uescen-

dam tum decoctam, tum crudam obtinuit, sed etiam quod eandem optimam habet cum florescit, quodque radix durescens lacteum succum emittit. Floris quoque prouentum peculiarem putaueris: etenim circa solstitium incipit carnosam, ciboque idoneam partem crassescensem sortitur. Ortus autem eius non spinosus, sed oblongus fieri assolet: quod proprium habet tantum in eorum genere, que folijs constant aculeatis: e diuerso, quam uermilaginem, habere uidemus. Illa enim tametsi non aculeato folio constat, tamen acani speciem gerit: senescensque flos, in lanuginem, papum uocatam, conuertitur, modo laurini, myrtini, & ceterorum generis eiusdem. Pergit hæc ad aestatem usque aliud parturiens, aliud florescit. Semen illud humoris aliquantulum continet, aculcoque armatur. Folium cum arescit, remittitur, nec quicquam amplius pungit. Carduus pinea haud multis prouenire in locis potest: Est ab radice foligera, qua de media seminalis acanus, ueluti malum extuberat: foliis nimurum occultatus. Hic lachrymam iucundi saporis parte profert postrema, quam spinalem masticham uocant. Hæc igitur eiusmodi genera omnibus ferè terris possunt comperiri. Quæ autem Cactus nuncupata est, in Sicilia tatum nascitur, Græcia nusquam habetur sive generis planta: hæc enim statim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato, atque spinoso. Caules hos cactos appellant: desquamati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, & reseruare eos aqua

aqua salsa conditos confueuerunt. Aliū uero caule et rectū producit, quem pternicem uocant, is quoque cibō aptus excrescit, sed reseruari non patitur: fructus in quo semen, spinata specie est, uerum exemplis lanuginosis seminibus, is quoque uescendus relinquitur, & cerebro palma similis est, Scaliā eū appellant. Ergo quæ spinosis folijs constant, differentijs eiusmodi persequi congruum est. Quedam uero folium iuxta aculeum gerunt, ut phleum, inturis, ononis, tribulus, lappago, spinamurilis, alia pleraque.

**C** De phleo, inturi id est cappari: de tribulo, ei usque duobus generibus. Dēque ononi, herba aculeigera.

## CAPVT V.

 Hicum folio cōstat carnosō, multifidū, multistirpsq; est, non tamen alte descendit: germinat cum uergilijs, primōque aratro una, nec folia id dimittit. Non enim annum, sed diuturnius est. Inturis pr̄eter pr̄dicta, peculiare (ut retulimus) habet, quod & folium, & caulem gerit subhispidum, nec phleum, & lappaginem emulatur, quæ folijs mitibus constant: unistirps, humile, humicauile est: germinat, florētque estate, & folium usque uergilias uiride perdurat. Gaudet locis arenaceis, atque tenuibus: cultis haud quicquam exire dicitur, cum apud oppida, & loca plana proueniat, non la serpicij modo apud montuosa: hoc igitur minus uere putarunt. Tribulus uero peculiare sortitur, quod fructu o illi

Et tu aculeigerus constat. Eius duo genera sunt: unus enim folio aeris exit, alter spinosus, foliatus constat: ambo terreni, atque multifidi sunt: serius germinat, qui spinosus folijs est, & apud septa uillarum is solet erumpere. Semen precoquis, sesamæ uicinum: sesamini rotundum, nigricans, septum in siliqua: atque ea quidem, quæ folio quasi orbantur, spinamque gerunt, hisce ferè constare animaduertimus. Ononis ramis aculeigerum est, anno tantum perdurans, folio ruta similis, sed per totum appositio causalem, ut ueluti coronam ex interuallis tota species representet, florem minutulum, & in siliqua non undique septum edit. Nascitur lento, plenoque solo, & precipue in segetibus, atq; cultis: qua de causa agricolis inimica exit. Viuax admodum est: cum enim alatam nocte tellurem fuerit, protinus sua infima pellit, & singulis annis, surculis in latus emissis rursus anno postero deorsum uersus pellere solita est. Effodienda tota, extirpandaque penitus est, quod solo madefacto agendum: sic enim facilius interit: Nam si uel paruum relinquatur, ex hoc assurgere iterum potest. Incipit germinare estate, perficitur autuno. Ergo sylvestre genus suffruticum intelligere ex his licet.

**D**e suffruticibus urbanis, & coronariis: de viola nigra, & rosis, & earum differentijs.  
De que lilio, narciso, croco.

CAPVT

VI,

Urbana



Rbana uero angustam quandam obseruationem ob inuere, siquidem numero tantum consummentur corona riorum. Quamobrem in uniuersum de coronis indicare tentandum est, ut genus amplecti totum possimus. Enimuero ratio coronariæ naturæ ordinem quendam sortitur proprium, sed ita ut partim suffruticibus sit, partim herbaceis permista: quapropter comprehendere illa quoq; debe mus, mentionem utique faciendo, quoad opportune fieri possit, sumpto à suffruticibus initio. Diuidi autē hæc bifariam exigunt, ratione scilicet usus: Aliorum enim flores tantum usui sunt, & corum alius odora tus, ut uiola: alius sine odore, ut Iouis flos, flamma. Aliorum etiā rami, folia, & in totū uniuersa natura odorata sentitur, ut serpilli, helenij, sisymbrij, & aliorum quorundam, sed utrumque genus annumerandū suffruticibus cōstat: Necnon & illorum florigeroriū natura magna ex parte suffruicea est, alia annua tā tum, alia diuturnior, uiola nigra excepta. Hæc enim ramulis caret, sed ab radice foliata constat, & perpetuo uiret: utique aliqui ferunt, etiam florem semper promere potest, si modo quodā colatur. Id igitur proprium ista sortitantur. Reliquorum autem uel potius omnīū totæ quidē formæ ferè omnes perspicue sūt: quamobrem si quas alias habeant proprietates, hasce exponamus oportet. Quippe alia simplici specie constare, alia differentijs variari uidemus. Simplicia quæ lignosa

lignosa, ut *scerpyllum*, *sisymbrium*, *helenium*: Præterea  
 quam si alia *sylvestria*, alia *urbana*, & alia *odorata*,  
 alia minus *odorata* existant: quorum quidem & cul-  
 tura, & terra diuersa est, atque etiam cœlum diuer-  
 sum. Quidam uero ex floribus nulla parte discerni  
 possunt, cœu *violare nigrae*: he namque differentiam nul-  
 lam habere uidentur, quanquam albae nimiri habeat:  
 colorem enim earum uariari liquido patet, atque etiā  
 magis liliorum: Siquidem (ut aiunt) ne *purpurea* qui-  
 dem lilia desint. Rosarum autem differentie permul-  
 te, foliorum multitudine, paucitate, asperitate, leuitate  
 colore, odore. Quippe cum plurimis quina folia sunt,  
 quibusdam duodena, uicinâque, alijs longe plura: sūt  
 enim quas centifolias uocant que circa Philippos plu-  
 rimæ exeunt, easque incole ex Pangæo transferentes  
 scrutillic enim multæ eiusmodi fiunt. Sed folia inter  
 na parua admodum sunt, ita etenim oriuntur, ut alia  
 intus, alia extra emicent, non tamen iucundi odoris,  
 nec ample magnitudinis sunt: odoratores inter am-  
 plas, quibus pars ima scabra. Ad summam (ut dictum  
 est) & odoris, & coloris præstantia, locorū ratione  
 contingit: nam & que in eadem tellure proueniunt,  
 diuersitatem bonæ, exilisue olentie, nullam ostendunt.  
 Odoratissime, que apud Cyrenam gignuntur, &  
 proinde unguentum iuandissimum illic faciunt. In ple-  
 num uero, & uiolarum, & reliquorum florum odo-  
 res ibidem synceri precipue sentiuntur. Nascitur ro-  
 sa etiam ex semine, quod flori subditum suo in malo  
contentum

contentum cneceum, uel acanaceum lanugine quādam obductum gerit, ut primis feminibus proximum sit. Ceterum quoniam tarde perficitur semina, sata caule conciso (ut dictum est) serunt.

Vsta, recisāue florem melius profert: relicta namque excrescit, sylvestrūque. Sæpius transserre eam satius est: sic enim pulchriorem effundi rosam affirmant. Sylvestres, asperiores tum uirgis, tum folijs constant, & florem minus odoratum, minusque coloratum, nec tantundem magnitudine ferunt. Viola nigra distat ab alba tum aliorum quorundam, tum plantæ ratione ipsius, quod latifolia, humiliæ, carnifolia extet, & radice multa cohæreat. Lilia coloris supradicta differentia inter se distant, unicaulia in uniuersum strè assurgunt, bicaulia raro: quod cœli, terræq; rationi fortassis attrahendum est. Singulis caulis aliâs unum lilium, aliâs plura exeunt: Pars enim postrema effundit. Sed hec rariora: radice copiosa, carnosa, orbiculatâque adhæret, fructus detracitus gerimnat, & liliom reddit, uerum minus: facit & lachryma cæcum quoddam confluuum, quod etiam serunt, ut dictum est. Narcissus, uel lirium, (Alij enim hoc, alij illo nomine uocant) folium albuci terre proximum gerit, sed longe latius modo liliij: Habet caulem sine folio herbaceū, florē suo ferentem cacumine, in membrana ueluti uasco inclusum large ampliū, colorēq; nigrum, figura oblongū.

oblongū. Hic decidēs spōte germinat, ceterum & qui legunt defigere eum solent. Quin & radicem ferunt quæ carnoſa, rotūda, amplāq; conſtat. Seerotinus admodum: post arcturum enim & circa æquinoctiū floret. Crocum natura herbaceū modo prædictorum erū pit, sed folio angusto ferè, namque in capillamēti modum foliatur: ſero floret, ferōq; germinat, aut præmature, utro ſcilicet modo tēpus acceperis: floret quippe uergiliarum occafu, paucisq; diebus: confeſtim uero cum folio florē quoque expellit, quinimmo prius. Radix multa, carnoſa, in totumq; uiuax: gaudet calcari, & melius ita euadit, radice attrita pede infeſrius, ideo iuxta ſemitas, fontesque pulcherrimū exit; ſatus radice fieri aſſolet. Hæc in hunc modum proueniunt. Reliqui autē omnes prædicti flores ſemine exēcunt, ut uiola, Iouis flos, iphyum, flammula, elium: Nam & ipsa, & eorū radices ligno nimirū conſtāt.

**C** De œnātha, abrotano, ſāpsuco, ſerpillo, ſisymbrío: Tū q; flores uerni, q; aestiui, qui autūnales: & de uiolæ, ac roſæ uita: tū de myrto ægyptia miri odoris.

C A P V T VII.



Enantha quoq; ſemine obſcrēda eſt, nec enim hec excludi à floribus debet. Ergo quæ dicata floribus ſunt, hiſce, atque ſimilibus penè accipi debet, reliqua & florem & ſemen omnia ferunt: quanquā non omnia ferre putantur, quod fructus quorundam haudquaquam manifestus exiſtat.

Nā

Nam & flos nonnullorum incertior est. Quinetia quod lentius, difficiliusque seminata perficiuntur. Plata propterea uti potius consueverunt, quod uel inter initia proposuimus. Quanquam sunt, qui ea omnino fructu carere assuerent. Sæpe enim exiccata, tritaque seruisse se inquiunt, sed nunquam germe erupisse, nec serpilli, neque belenij, neque sifymbrij, neque mente. Nam huius quoque periculum se fecesse affirmant, attamen illud uerius est. Neque desunt, qui uel haec experti fuerunt, & natura ipsa sylvestrium plane attestari uidetur: serpylli etenim sylvestre etiam genus est, quod deferentes ex montibus serunt, ut apud Syacionem fieri solet, atque etiam Athenis ex monte Hymetto: apud alias uero, ut in Thracia, montes & plana omnia serpylo scatent. Sed si symbrio, reliquisque odor acrior est. Serpyllus apud nonnullos etiam thymum penitus redolet. Constat ergo, quod omnia sui ortus primordium ex semine capiunt. Sed abrotонum radice, aut amulSIONE potius, quam semine germinat, semine enim difficulter exit, & hoc testis ante uiuira radis causa intimato, quem admodum Adonidis hortulos emoliuntur. Scrutur aestate: friget enim uehementissime, atque in totum mortbo obnoxium est, etiam ubi sol uehementer illucet. Sed cum conualuerit, creueritque, magnum, robustum, atque arboracum costat, quemadmodum ruta, nisi quod hoc lignosius, & siccior, & squallidius est. Sæcum utroque modo emigrat, uidelicet, & semine, & auulSIONE: præstat seminis copia, & iuandi odoris semen est, & quidem

& quidē mollioris odoris, necnon & planta eius trās  
ferri potest. Abrotanum quoque semine abundat, nec  
sine odore est, sed id radices rectas, altasque agit: est  
ueluti unistirps, crassa scilicet illa radice: reliquis ue-  
ro de ea excurrentibus spargitur, quod non sansuco, nec  
serpylo, nec sisymbrio, nec helenio datum est: Hec  
enim in summo terrae adhæret, radice multifida tor-  
ridaque. Radices omnes lignosae sunt, sed longe magis  
abrotani, magnitudinis, siccitatisque causa. Serpylo  
peculiaris auctio germinū: quippe cum in quantiuis  
longitudinis procedere ualeat, nactum scilicet admix-  
niculum, aut iuxta sepes aliquas satum: cresat preci-  
pue i putois. Genera urbana reddere nō est, ut retulie-  
mus: ferocia esse affirmant: Hunc enim in mōtibus tū  
sature latum quēdam, atque uehementissimum, tū gra-  
tum odore, molliorē q; cōperiri. Tēpus serendi pluris-  
mum autūnus: hoc enim primum serere nimurum pro-  
perant. Cæterum & uero nonnulla seruntur. Omnia  
autē umbrā, aquā, simūq; unice amat. Serpyllū squal-  
lorem patitur: atq; in tū aqua paucē indigū est. Sed  
fimo precipue gaudet, & iumentorum potissimum.  
Transferendum quoq; id sepius censent: melius enim  
sic redditur. Sisymbrium uero & degenerat faci-  
le, nisi transferatur, ut dictum est. Florum prima  
uiola alba se ostendit, emicat ubi cœlum clementius  
statim, etiam nondum h̄yeme exacta: ubi uero im-  
mitius, postea. Vere nonnunquam cum uiola alba,  
aut paulo post liliū exigit, & quæ uiola flānea uo-  
tur

tur, sylvestris duntaxat. Hæc cæteris omnibus, qui=bus coronarij utuntur, longe præcurrunt. Post hæc narcissus, & lirium exeunt. Ad hæc bulbi flos, quidā enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur uitiflora, & nigra viola, & è sylvestribus aurelia, & genus: fre mij, quod limonium vocant, & pugo, & hyacinthus: & quibuscunque ferè alijs montanis utuntur. Rosa senior hisce est, & nouissima quidem erumpit: prima autem inter uernos definit flores, parum enim tempo=ris durat eius prouentus. Nam & reliqua in sylve=strium genere parum durat, excepta hyacintho, tā syle=uestri, quam urbana: Hæc enim plurimū durat. Adde violam albam, atque etiam magis flammeam. Nigra (ut dictum est) per annū durat, si cultus adhibetur. Eodem modo uitiflora: nam ex quoque addicta flori=bus est, naturaque herbacea constat. Si florem atte=ras, auferasque, nec semine scere sinas, nec solum dea=sit apricum, durare plurimum potest, flos specie con=stat racemi, candidusque est, ut labruscae. Hæc igitur uerna potius esse uidetur. Aestiva autem, lucernula, Iouis flos, cerinthus, iphyum, sansucum, phrygium. Itē quod desyderium vocant, cuius genera duo sunt: unum cui flos hyacintho similis, alterum decolor, al=bum, quo in sepulchris uti mos est, & diurnius uero id ipsum est. Floret & consecratrix estate, & lanaria dicta, flos aspectu pulcher, sed caret odore. Lirij alterum genus, & crocum tam montanum, quod exors odoris est, quam sativum, autianno florere ina=piuit:

piunt: statim enim primis imbribus florent. Quin ex  
sylvestrium genere spine acute fructu, et edere ali-  
iae flore utuntur. Temporum quidem ratione, ordinē  
hunc singulorum ortus sortiri animaduersum est, sed  
quoad plenius dici licet, nullum intermititur tempus,  
nec ipsa hyems flore uidua est. Sed haec etiam, quan-  
quam gelu infœcunda apparet, flosculos tamen habet  
scilicet autumnalibus prorogatis. Quod si hybernū te-  
pus clementius fuerit, longe magis ita continget: etenim  
quoad absolute licet loqui, maior pars florum uel ul-  
tra tempus sibi accommodatum protrahi potest, et si  
loca apricia sint, magis id evenit: ex quo fit, ut perpe-  
tua florum continuatio agatur. Tempora haec genera-  
tionum notantur. Vitæ uiolæ albæ anni maxime tres.  
Senescentis diminuitur, candidioresque assidue flores  
fert. Rosæquinquennium ad uigorem scilicet, non adu-  
ste, neque recuse. Sed eius quoque flores senescentis de-  
teriores redunduntur. Ad iucundam autem oleniam, et  
rosarum, et uiolarum, et reliquorum florum, solū  
cœlumque singulis accommodatum plus inum cōfert.  
Nam in Aegypto cetera quidem omnia sine odore flo-  
re, etiam aromata dicta sentiuntur: Myrtus vero mirum  
in modum odoratæ assurgunt. Prouenire ante haec no-  
stra, et rosas, et uiolas, et reliquos flores tractus  
illius, etiam binis mensibus plusque durare haud hoc  
breuiori tempore aiunt. Videtur et annus, (ut dixi-  
mus) ad bonam oleniam referre, cum scilicet, talis,  
aut talis incesserit; non imbrum squallorumque tantum  
ratione

ratione, sed etiam quū tempus certum, & aquæ, &  
flatus, & in totum cœli commode mutationes  
accessere. Montibus autem (ut simplici tran=  
sigam ratione) & rose, & uiole, & reli=   
qui omnes flores, odore longè deterio=   
res emergunt. Atque coronariorum,  
& in totum suffruticeti generis  
commentatio, hisce, si=   
milibusque ab=   
soluitur.



P

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER SEPTIMVS.

**C**De herbaceis, & oleribus: treisq; esse semenes hortensium: & quid quoque tempore seratur: necno que sero, que uelociter ex oleribus emuent.

## CAPVT

## I.



**F**Q VITVR, ut de herbaceis doceamus: id enim reliquum è generibus est, in quæ principio plantas omnes digestimus: quo in genere oleira etiam, & frumenta quodammodo comprehenduntur. At primum de oleribus indicandum, sumpto ab urbanis principio: sunt enim hec sylvestribus longe notiora. Sementes hortensiū, quibus seri singula solent, tres certe notantur, una hyberna, alia aestiuia, tertia quæ inter eas cadit, post hybernum solstitium: quas ita appellant, non ratione satus, sed ortus, ususque cuiusque. Satus enim in contrarijs fermè consistit temporibus, quippe cum hyberni principium post aestiuū solstitium sit, mense Iulio, quo brasicam, radiculam, rapam, & quæ semetipsas

tis postera uocant, ceu betam, lactucam, erucam, ru-  
nicem, sinapi, coriannum, anethum, nasturtium sere-  
re assolent, Primāque sementem istam appellat: Se-  
cunda post brumam Ianuario incipit mense, qua se-  
minant, defiguntque porrum, apium, gelhyum, a= 2  
triplicem: Tertia, quam aestiuam appellat, mense Mar-  
tio agitur, qua cucumis, cucurbita, blitum, ocimum,  
portulaca, satureia seruntur. Quin & alias plu-  
res sementes similiū singulis temporibus faciunt,  
ut radicis, ocimi, & aliorum quorundam, sed om-  
nibus sementibus, que postera uocitant, seri optime  
possunt. Omnia pari tempore nequaquam proueni-  
unt, sed alia celerius, alia serius, que scilicet proue-  
tu contumaciora consistunt. Celerrime ocimum, bli-  
tum, eruca: & de hybernis radix, die namque (ut  
ita loquar) tertio erumpit, lactuca quarto, aut quin-  
to: cucumis, & cucurbita circa quintum, aut sexto:  
uel, ut alijs uolunt, septimo: sed prius, celeriusque cu-  
cumis. Portulaca senior hisce exit, anethum quar-  
to. Nasturtium, & sinapi, quinto. Beta estate, sex-  
to: hyeme, decimo. Atriplex, octauo. Brassica, de-  
cimo. Porru, & gelhyu, non conueniunt, sed porrum  
decimonono, nonnunquam etiam uicesimo die proue-  
nit: Gethyū decimo, aut duodecimo. Coriannū proue-  
tu cōsumax est, quippe quod si nouum sit, nasci recu-  
set, nisi conuoluatur. Satureiae, atque origano dies  
plusquam triginta dantur. Omniū difficilime apium  
nascitur; quadragesimo enim die affirmant, qui  
p iij celerrimum

celerrimum eius prouentum tradidere : sed sunt , qui  
quinquagesimo uelint , quod etiam omnibus sementi-  
bus seri potest : Quidam enim omnibus id adiungunt .  
Ad summam , que locis pluribus seri patiuntur , hec  
nihil celerius ex maiore parte proueniunt : Quod mi-  
rum , si tempus , aérue , nihil conferat ad celeritatem .  
At si improba , frigida , cœlōque tristī circumdata sit ,  
serius prodeunt : nam & tempestas , serenitās ue-  
menti succedens , facit ut aliās serius , aliās maturius  
germinet . Discrimen illud quoque in sementibus  
singulis , quod locis apricis , temperatisq ; , maturis-  
sime prouentus fieri solet : causas enim eorum (ut sim-  
plius loquar ) in pluribus constare credendum est ,  
exempli gratia , In seminibus ipsis , in cœlo , in tempo-  
re , quo singula fieri placuerit : adde tempestates , se-  
renitatesq ; . Sed hoc amplius inspectandum , in qui-  
bus tempora differant , atque in quibus conueniant :  
radicem enim tertio die tam æstate , quam hyeme qui-  
dam prouenire affirmant . Ad hæc temporum (ut rea-  
tulimus) diuersitate plurimum dissident . Ergo tem-  
pora germinandi hæc & sunt , & singulis addicun-  
tur . Refert ad celeriorem , seniorēmque prouentum ,  
& seminum ætas : quædam enim maturius ex recen-  
tioribus exeunt , ut porrum , geíhyum , cucumis , cu-  
surbita : quamobrem nonnulli semen cucumeris lacte ,  
aut aqua præmaceratum ferunt , quod celerius exe-  
at . Contra quædam ex ueteri celerius , ut apium ,  
beta , nasturtium , satureia , coriannum , origanum :  
haud

haud enim omnia oriri melius ē recentiori possunt, quemadmodum dictum est. Peculiare in beta inquit euenire, quod non semen omne continuo pellulat, sed longo tempore post, anno scilicet sequente, & tertio: qua de causa ex larga copia seminis exiguum prodire solere. Quodque autem seminum si auctum in plenum deciderit, ad tempus usque suum in humo perdurat: nec prius germen ullum emitit, ut ratio est: sic enim in sylvestrium genere euenire uideamus, nisi semen intereat. Perfectiones autem fructuum omnium aestate contingunt, sed prius, celeriusque, (ut simplicius agam) illa perficiuntur, quae prius sata fuerunt. Refert enim & tempus: sata enim diebus calidis, celerius caulescunt, seménque oxyus reddunt, ut radix, ut rapa: quedam non anno tantum fructificant, uerum etiam bimatu, ceu apium, porrum, gethyum, quae quidem uel plus temporis edurare queunt. Nec annua dici debent: maior enim eorum pars simul atquē semen perfectum sit, exarescit. Omnibus penē, quae caule emissō fructum perficiunt, facies eo perfici solet, quod ex caulibus laterales surculos edunt: exceptis, quae unicaulia constant, ut porrum, gethyum, cēpe, allium. Omnia autem aquam, simūque cupiunt: sed magis, quae infirmiora sint, curāque egeant maiore, aut etiā aliamento copiosiori,

**C**Quae olera ē quibus nascantur: nasci uero ē  
p iij semine,

semine, auulstone, ramo, atque radice. Quæ  
caule reciso regerminent. Quæq; radices per=  
durent: & quæ regerminent, quæ non.

## CAPVT

II.



Ascuntur omnia è semine: nonnulla  
etiam auulstone, ramo, radicéque:  
Auulstone, brassica: semper enim uel  
aliquid radicis eius accipitur. Germi-  
ne, ruta, & organum desigūtur, nec  
non & oamum: nam id quoq; transfertur cū ad pala-  
mum, aut plus altitudinis uenerit, dimidio absciso. Ra-  
dice alliū seritur, & cēpe, et bulbus, & arrus: & in  
plenū, quæ in capitatorū genere eiusmodi sint. Nasci  
etiam ea possunt, quorum radices plus temporis du-  
rant, quāquā annuo constent caule: sed quòd omnia  
prouenire semine possunt, manifestum hinc est: Ru-  
ta enim sic nascitur, quod quidam negant: uerum tar-  
de, qua de causa surculo serere eam solent. Illorum  
uero, quæ radice proueniunt, radix quidem diutur-  
na est, ipsa autem annicaulia consistunt: itaque radi-  
ces talium suo latere germinant, plurēsque redun-  
t, non tantum in urbanis, atque hortensibus, uerum  
etiam in sylvestribus, (ut dictum iam est) cēu in bul-  
bis, gethyis, scyllis, alijsq; quibusdam. Quedam eti-  
am non capitata, uerum diuturniora germinare pos-  
se cernuntur, ut apium, beta: mittunt enim radices,  
quibus folia, caulesque proueniunt. Gethyum quo-  
q; latere germinat, & porrum subtus suo latere pro-  
mit,

mit, ueluti quoddam caput bulbaceum, ex quo foliorum ortus: caule tamen arefacto, seminéque sublatto. Sed quoniam eorū capita minus usui sint, idcirco siccanda minime leguntur, ac proinde nunquam seruit: sed hæc forsitan, & similia genere, & proxima quodam modo naturæ cæparum consistunt, quæ obrem mārum est. Veruntamen & in omnibus tā urbanis, quām sylvestribus, quæcunque diuturniora, sī mūlque terræ propiora constent, horum radices regerminare facile possunt, ut uel in fruticum, atque suffruticum genere fieri nouimus. Verum in cæpis, allijs, bulbisque, uel numero hæc quodammodo amplecti potueris. Prouentus autem (ut retulimus) trifarius est: Semine, qui communis omnium est: caule, radiceque, qui p̄dictis tribuitur. Caule uero recies (ut ita loquar) omnia regerminant, exceptis, quæ secaulia uocant. Sed euidentissima quasi & usitata, ocimum, lactuca, bras̄ica: & quidem lactucæ regerminatos caules suauiores affirmant. Primos enim lactuosos esse, atque amaros, utpote minus cōcoctos: alijs ē contrario uolunt secundos scilicet lacte refertiores constare, sed dulciores sentiri, quandiu teneri sint. Verum in bras̄ica cæteris esse suauiores caules regerminatos confessum habetur, si ante quām excaulescat, folia detrahantur: radices plurimū certe perdurant, & alie regerminant, alie non. Radix, & rapa, si terra cooperiantur, usque ad estate durare, & crescere possunt: quod olito

rum nonnulli de industria faciunt: non enim regerminant, neque folium mittunt, nisi accumulatam humum semoueas, quod uel in reliquis deprehendi facile potest. Maxima olerum pars unistirps, ea salicet radice, quae agitur in profundum. Etenim quae illas eque crassas latere suo mittunt, ut apium, betaque, de media quodammodo spargunt: nec a principio continuo findunt, sed ad ipsam unicam stirpem fissione eiusdem illius lateralis que agunt. Et eas quidem manifestas ex usu reddi affirmant. Betis autem radix unica, sed longa, crassa, rectaq; sicut raphano: crassas hec laterales gerit, & aliás binas, aliás ternas, aliás etiam unam, quibus exortae fibræ cohærent, & alligant. Carnosa radix hæc est, & gustatu suavis, quamobrem crudam nonnulli mandunt: Cortex non crassus, neque extricabilis est modo raphani, sed potius equatio proximam dixeris. Eodē modo & atriplici radix una alte descendens, aliæ uero ex ea se deponunt. Omnium maxime unistirpem rumicē esse putaueris: laterales enim crassas nullas penitus agit, sed tantum prætenues: nititur altissima omnium radice, maiore nanque semipedibus ternis: Sylvestris breuiorem agit, multicaulis, atque ramosus consistit, & tota forma, cum perfecta est, betæ proxima sanè cernitur. Diuturnitate quoque sylvestrem, & in totum, (ut ita loquar) omnia olera uincit. Perdurat quantumuis temporis, ut aiunt: carne plena, atque humecta consistit: qua de causa effossa diu uiuere

uiuere potest. Ocimo quoq; radix unicata data est, quæ crassa esset, alteq; descendenter. Cæteræ uero, quæ de latere prætenues orientur, admodum prolixæ adhæret. Quædam singulari illa in rectum tendente carent, ut blitum. Sed continuo ab extremo multas crassas prolixiores, quam attriplex agunt.

**C**Qubus lignosæ, & quibus carnosæ, ex quibus breues radicæ: Dèq; diuersis seminum figuris, & eorum differentijs: item quæ feraciora semina.

## C A P V T III.



Mnium radicum lignosissima ocimo data est, sicuti etiam caulis: Bliti enim atque atriplicis minus lignosæ. Ut enī in plenum loquar, Aliæ carnosæ, aliæ lignosæ: Carnosæ, ut betæ, apij, equa-  
pij, rumicis, raphani, & omnium maxime capitatorū: Istæ namque ne siccatae quidem omnino durescunt: Li-  
gnosæ, ocimi, bliti atriplicis, erucæ, anethi, rumicis, co-  
riani, atq; in summam omnium multicaulium: habet  
enim & anethum, & coriannū, quæ unistirpia sunt,  
radicem lignosam, & non prolixam, neq; fibris mul-  
tis subnixam. Ambo multis caulis, multisque ramis  
coſistunt: quapropter nulli pars eorum superior, pro-  
ratione inferioris extat. Breui radicæ illa constare no-  
tantur, lactuca, portulaca: breui inquantum ea recta, q  
deorsū multeda est, tū ijs, quæ in latus porrigi solēt.  
Lactuca ea ipsa multiplici radicæ quasi omnino caret,  
sed fibris tantum cohæret, quamobrem unistirpe hanc

(ut ita)

(ut ita dixerim) maxime omnium esse putaueris. Ad summā omnia cestua breuem radicē sortiūtur: etenim pepo, cucurbita, cuamnis ita se habet, tū propter tēpus, tum & forsitan magis ratione naturae, quæ tēpus secuta est. Laetula translata radicis est breuioris, q̄ sata: illa enim ex lateribus magis mittit. Breuior etiam sylvestris, quam urbana, & superne multicaulior est.

Quodq; ex ceterorū numero florē uniuersum citare utique constat: oīnum uero particulatim primū inferius, deinde cū ea defloruerit parte, florere superius incipit. Vnde fit, ut diutius istud floreat, quemadmodum faba, & inter herbas, quæ solaris nominata est, & quædā de sylvestribus alia. Floret etiā cuamer cū in modū, qui pepo cognominatus est: etenim huic præpostero germinet, sanè accidit. Flores alijs candidi, alijs lutei: alijs ad purpuram leviter accedentes: rubri nullis emergunt. Semina figuris etiam inter se distant: etenim maiore quidem ex parte rotunda sunt. Sed non desunt oblonga, neque lata, neque foliata, ut atriplicis: hæc enim similia, atqué in lasserpitio consistunt. Adde quædam angusta, & canaliculata, ut cumino. Color quoque differentiam facit: sunt enim alia nigra, alia candida, alia ligno proxima. Publica differentia, quod alia inclusa siliqua costat, alia nuda adhæret: ut quod alia corticē, alia papo lanugine obducuntur. Radici namq; & sinapi, & rapo, semē in siliqua: coriāno, fœniculo, ancibō, cuminoque nudum adheret: bleto, betē, atriplici, ocimoq;

oamoq; cortice continetur : lactuce lanugine obduca-  
tur. Omnia seminis, germinisq; large fecunda: sed fe-  
cundissimum omnium cuminum est. Peculiare etiam  
quod de hoc dicunt: imprevari namq; , & maledicere  
serendo oportere affirmant, quod latius, copiosiusque  
proueniat. Difficile (ut ita loquar) omnia exiccantur, cu-  
mino excepto: nec modo frumenti consistunt, quod cum  
primum in plenū creuerit, mox exiccatur & deadit:  
sed que cortice continentur, difficilius exiccantur , &  
inter ea maxime ocimum. Omnia siccata fecundio-  
ra redduntur: qua de causa detracta antea exiccare co-  
sueverunt. Omnia feracia, largeq; fecunda consistunt:  
sed fecundissimum ocimum, porrum, & cæpe sunt, quæ  
latere potius apta sint fructum parere, ut radix, rapa  
& reliqua generis eiusdem: Quædam parte ultraq; fe-  
runt, ut blitum, atriplex, hec enim fructificare, uel ex  
suo latere possunt: sicq; copiosius, protinus enim no-  
dis singulis semen incidens racematum nimurum ge-  
runt. Que seminibus uetusioribus satis sint, ælerius ex-  
caulescunt. Celerrime uero que uigentibus: est enim  
uel eorum uigor quidam, quo prouenire, consumari-  
que optime possunt. Pulchritudo quoq; ad portionem  
sequitur: quin & si aerauatim serantur, melius quedam  
nasci, augerique posse uidentur: sic enim porrum, &  
apium serunt in lacinijs colligatum, atq; ita amplio-  
ra redunduntur. Locus quoque ad incrementum ali-  
quid conferre uidetur: quamobrem cum apium trans-  
fertur, palum tatum adigere, quantum apium facere uo-  
lueris,

lueris iubent: nec non et semen eius colligatum in la-  
cinijs palo adacto, et fino, terraque in gesta serendū  
censem. Quædā etiā figurā subditi loci imitātur: cu-  
mīs enim formā acipit loci, in quo sata fuerit. Quin  
et saporū differētiā quædā semina capiūt præpara-  
ta, ut cuameris si lacte maceratum scratur: sed hæc  
forte cultui accommodari potius debent.

**C**Quæ olera plura genera habeant, quæ pauciora  
ut radix id est raphanus, rapa, brassica, beta, cu-  
cumis, cucurbita, cucuminum, lactuca, apium, cæ-  
pa, ascalonia, gethyum, allium.

## C A P V T

## III.



Enera autē alijs plura, alijs minime.  
Plura ut ocimi, rumicis, bliti, nastur-  
tij, erucæ, atriplicis, corianni, anethi,  
rutæ: his enim diuersitatem generis  
deesse omnino uolūt. Quædam ē con-  
trario pluribus constant generibus, ut radix, brassica,  
beta, cucumis, cucurbita, cucuminum, allium, lactuca.  
Diuidūt hæc folijs, radicibus, coloribus, saporibus, re-  
liquisq; eiusmodi. Vi radicis genera corinthium, cleo-  
næum, liothalassium, bœotium. Amplissime corinthia  
adolescit, quæ uel stirpe constat detecta: hæc enim sur-  
sum uersus protruditur, non ut cæteræ in terram am-  
pliari solita est. Liothalassia, quam thraciam uocant,  
ualidissima aduersus frigora traditur. Bœotia dulcissi-  
ma est, et figura rotunda: nec ut cleonæa, prælonga.  
Quibus folia lauia, dulciores, suauioresque sunt: qui-  
bus

bus autem scabra, acriores. Genus præterea redditur, quod folijs erucæ simile cōstet. Radicis genera hæc notauerunt. Rapæ alij esse, alij non esse diuersitatē generis putant, sed mare tantum, fœminaq; differre, nasci q; ambas ex eodem semine. Sed ut effeminentur, ras deponere oportere: nam si dense positæ sunt, omnes masculine scere aiunt. Quod idem futurum etiam si in terra uitiosa seueris, qua de causa semine satas plātati transserentes deponunt. Semen quoq; deterius, meliusue uisu percipi potest: quod enim probum sit, tenui senties: quod uitiosum, crassum. Gaudet frigori bus & rapa, & radix: & sic eas dulæscere putant, si mūlq; incrementum in radicem, non in folia uerti. Aucter strinis, atq; serenis tēporibus celeriter caulescant. Hoc igitur rationem sanè exigit, quatenus in ambobus diff̄ rentiæ similitudinis constant. Brasicæ autem trifariā datur digestio: aliam enim crispam, aliam lœuem, aliā sylvestrem notarunt. Sylvestri folium lœue, sed paruum, atq; rotundum: & ramis folijsq; permultis condita est. Ad hæc succum asperum, & instar medicamē ti habet, quamobrem eo mediā ad aluum purgandam sepe utuntur. Quin & illud differentiam facit: genus enim quoddam earum est, quod nullum aut prauū semen producat. In totū crista suci bonitate & folij amplitudine, lœui præstantior est. Inter betas uero cädida sapore nigra præstantior, pauciorūmque seminū est, quam scialam quidam appellarunt. Pari modo in gene re lactucarum, cädida dulcior atque tenerior: cuius tria

tria genera addunt, laticuale, rotundicuale, & laconicum. huic folium carduo simile, & recta, ampla, & a caule minime brachiata hec est. Inter latas adeo quedam laticulares sunt, ut pro ualuis hortorum hisce non nulli utantur: Quae uero lactis admodum copiosa, & folio pusillo, & caule candidiori consistit, sylvestri similis est. Apiorum cum in folijs, tum in caulis discri menti utiq; constat: aliud enim folio spisso, criso, den soq; aliud rario, latioriq; cauleq; maiori. Horum item aliud candidi caulis, aliud purpurei, aut uerisco loris: ueru ad summam, eiusmodi omne sylvestri proximum est. Cucumeris, atque cucurbitae partim genera esse existimant, parlim negat, quemadmodum & in radicis, ac rape generibus, sed in uno eodemq; genere alias meliores, alias esse deteriores affermant. Cucumeris genera tria notant, laconicum, scytaliu, bœotium: ex his laconicum melius rigatum euadit, reliqua non rigata præstantiora sunt. Differunt & cepæ, & allia genere: sed ceparum genera plura, ut quæ a locis nomina accipere, gardiae, cnidiæ, samoibrae: ite setanicæ, & fissiles, & ascalonie. Ex his setanicæ minus, sed large, dulces: Fissiles uero, & ascalonie, tunc cultu, tum natura inter se differunt: fissilem etenim hyeme sua cum coma inertem relinquunt, ucre externa folia detrahunt, & reliqua colunt: detractis his folijs, altero germinant, simulq; inferius finditur: unde fissiles appellatae sunt. Quidam uel omnibus detrahenda folia censent, ut vim suam imo contineant, neq; effuse

se semineſcant. Aſcaloniārum peculiariſ quēdam  
natura notata eſt: etenim ſole fiſiles, & quaſi ſteri-  
les ab radice conſiſtunt, nec ea parte crenſcere, ac pro-  
fiare poſſunt: Quamobrem non eas deponūt, ſed  
ſemiſe ferunt: cum deinde germinatum ſit, tranſfe-  
runt. Perficiuntur adeò aeleriter, ut cum ceteris, aut  
etiam prius euelli poſſint. Plus temporis dimiſſæ in  
terra, putreſcunt. Plantatæ caulem edunt, ſemēque  
tantummodo fundunt: tum exinariuntur, atque inare-  
ſcunt. Harum igitur talis natura eſt. Differunt & co-  
lore nonnullæ: etenim apud Iſum cetera quidem can-  
didis ſimiles conſtant, ſed colore candidæ admodum  
proueniunt, ſardianisque ſimiliter ferè affirmant.  
Cretenſium peculiariſ maxime natura notatur, ſed  
aſcalonijs quodam modo proxima, ni forte uel ea-  
dem dici debeat: Eſt enim in Creta genus quoddam  
quod ſemine quidem ſatum in radice crassatur: de-  
poſitum uero, in caulem, ſemēque totum funditur:  
ſine capite, ſaporēque dulce eſt: Id enim quaſi ē con-  
trario ceteris habet: omnes namque de poſitæ me-  
lius, aeleriusque perficiuntur. Omnes poſt arcturum  
proueniunt, tepido adhuc ſolo, ut de poſitas imbræ  
occupent. Seruntur & toto capite, & circuncifo, ſed  
germinationes haud ſimiles fieri ſolent: Parte nam-  
que inferiore cæpæ naſcuntur, ſuperiore herba tan-  
tū erūpit: ſectæ in rectū germinare omiuino nequeūt.  
Gethyū dictum ſine capite eſt, & quaſi lōga cerui-

æ consistens, ob id germinatio tota in fronde: sepiusq; recondetur, ut porrum, qua de causa semine feritur id nec deponitur. Cæpas hisæ ferè differentijs discerne licet. Allium ante solsticia, aut paulo post solsticia feritur nucleatim diuisum. Discrimē eorum, quod aliud præcox, aliud serotinum: est enim genus quoddā eiusmodi, ut sexaginta diebus perfici poscit. Differunt præterea magnitudine singulari: Cyprium uocatum xime tale est, quod non decoquunt, sed in myrtotis utuntur: & cum tunditur, mirum q̄ spuma increbat. Quid & illud differentiā facit, quod quedam nō nucleis coagmentantur. Dulcedo autē, & odor, & crassitudo, eorūq; causa, tempore cultūq; penè uidentur contingere, ut etiā aliorū. Perfici etiā semine potest, sed tarde: primo etenim anno caput accipit porri, sequente discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum: nec quicquam deterius, sed etiam quidam uel deposito melius id existimant. Radicis autem allij, aut cæpæ, haud similis ortus fieri solet: allij nāq; cū nucleus extumuerit, tota intorquetur: & hinc aucta in nucleos rursus discernitur, atq; ex uno plura efficiuntur, dum caput consumatur. At cæpe continuò ab radice aliud, atq; aliud obducit, ut & bulbus, & scylla, & eiusmodi omnia. Et enim allia, & cæpæ, si non euellatur, plura in dies fiunt. Super fistula quoque, & allium capitari posse, & cæpe affirmant. Satis de generibus dictum est.

Quæ

**Q**uae qua cura, culturaque gaudeat. Quae aque oleribus profint, et que obsint. Translatione olera meliorescere. Quae bestiæ oleribus innascantur.

## C A P V T

## V.



Quas, simumq; oia olera sanè diligunt, ruta exæpta, hec enī simi aspernatrix penitus est. sed hyberna magis qæstiuæ desyderat, et imbecillia magis, qnalida. Simum stupularium maxime laudant: iumentorum uitiosum putant, quoniam maxime inarescat: simum unâ cum satu internistum potissimum disponunt. Quidam etiam inter serendum superiacunt: quin et stercore humano incoccto ad succum probe conficiendum utuntur. Hyberna aquæ cupidiora sunt, qæstiuæ: et infirma, quam ualida: itē quæ alimento plurimo egeant. Diligit aquam et cæpe et gelhyum: quanquam nonnulli negant, si principe bis, aut ter imber inæsit. Aquarium optime, quæ dulæ, et frigidæ sunt: pessime, quæ false, et rares factu difficiles notatur: Ob id, quæ ductu feruntur, perutiles: herbarum enim semina inueniunt: Sed omnium optime, quas Iupiter dederit: his enim uel animalia noxia interimi creditur. Sed nō desunt, qui cumeribus et cæpis eas prodesse minime putent. Rigantur cætra quidem hora matutina, aut ad uesperam, ne aqua feruens sole officiat: Oximo etiam meridie aqua datur, germinare namq; celerius id existimant, si inter

q initia

initia feruent aqua rigetur. Aqua admodum multa conferre creditur, præsertim si simus nō adsit: Sæpe enim olera eſurire dicūtur, idq; olitores peritos haud difficile poſſe intelligere. Omnia translata, meliora, grandiora que fiunt: Porrorum enim radicūmque magnitudo ex translatione. Potissimum autem trāſferūt ad cetera quidem tolerant ceu gethyum, porrum, brassica, cucumis, apium, rapa, lactuca. Omnia auctu faſliora, grandiora que ueniunt ſemini bus depositis, quam fuſim ſatis. Bestiola innafcuntur radicibus, pulices: brassicæ, erucæ atque uermiculi: & lactucis, porris, alijsq; pluribus porricide appellatæ. Has igitur humor collectus intermit, & ſimus acer uatim iniectus: Industria enim bestiola condens ſeſe, ut in ſtramento quiescat in ſtercore. Quāobrē uenari facile eſt, aliter nulla uenandi datur facultas. Radicibus contra pulices ne noceant remedium, interſere vere eruum: ſed ne naſcantur, nullū medicamen compertum referunt. Oamum ſub canis ortum pallescit, coriannum ſaleſcit, Ergo que accidere ſolent, ex hiſ liceat cogitare.

**T**Que firmiora ſemina, que imbecilliora. Item de arueniſibus, ſylvestribusque, ut rumice, brasſica, rapa, lactuca, equapio, paludapio, montapio, cuaumere.



Eminum alia firmiora ad perdurandum constant, alia infirmiora: firmiora, coriannum, beta, porrum, nasturtium, sinapi, eruca, satureia, ad summam omnia ferè acris saporis: infirmiora uero gethyum, id enim durare nequit, atriplex ocimum, acurbita, cucumis: in plenum & stiua magis, quād̄ hyberna: sed inter ea, quæ fortissima constent, nullū ultra quadrimatū durare potest, ita scilicet ut ad semente adhuc utile sit. Sed bina sane meliora, tria nihil ferè deteriora, quadrima tā deteriora, uerū ad usum abariū diutius permanēt: q̄q̄ inualidius alant necesse est, ut quæ partim respirarint, partim lesa à bestiolis sint. Interitus maxime ex bestiolis fieri solet: nascūtur enim in omnibus etiā acribus, atq; acerbis: ceterum uel humore exhausto amara redditur, et ideo ad usum deteriora. De seminibus, & ad summā de hortensibus sit satis dictum. Nunc de sylvestribus, & ijs, quæ arvensia nuncupamus, pariter indicare tentandum est. Sunt igitur quedam nomine supradictorum uocata: genera enim illa sylvestria quoq; omnia esse cernuntur, & maior ferè pars aspectu uicina urbanis est, præterquam quod folijs ista minoribus, caulisque scabrioribus cōstant, & succo potissimum acriori, uelmentiori, condūtur, ut satureia, origanū, brassica, ruta: Nā & rumex sylvestris est, & q̄q̄ gustatu gratior, q̄ urbana, tamen succo acutior, quo præcipue differat. Omnia autē uel sicciora urbanis se-

q̄ ij tiuntur,

tiuntur, & forte ob id ipsum magna ex parte acrio-  
ra, uehemetioraque sunt. Brassica præter alia modo  
peculiaris caules sortitur, rotundiores enim leuiorē-  
que gerit, quam sativa: & foliorum appendicē illa la-  
tum, hæc habet rotundiorē, & foliū ipsum minus an-  
gulatum: Nam cætera quidem scabrior tum caulis,  
tum folijs constat. Rapa uel radice longa, & modo  
raphani, breuiq; caule consistit. Lactuca folio breui-  
or, quam sativa est, idq; consumatū aculeatur, & cau-  
le simili modo breuiori perficitur: succum acrem, ac  
medicatum habet. Nascitur inter arua, liquatur per  
messem tritici, & purgare aquā intercutem dicitur,  
& caliginem arcere ab oculis, & argemam auferre,  
cum lacte mulieris. Equapium, paludapium, montapi-  
um, tam inter se distat, quam ab urbano, plurimū dif-  
ferunt: Paludapium enim, quod apud aqueductus, &  
in paludibus prouenit, folio raro, nec hirsuto cōsistit,  
sed simile quodammodo apio est, odore, sapore, figu-  
ráque. Equapium folijs uicinum paludapio est, sed  
hirsutum, & grandicaule constat, & radicem cras-  
sam modo raphani agit, sed nigram: fructum quoque  
nigrū producit, magnitudine eruo ampliorem: Ambo  
utilia referunt ad urinæ difficultates ex uino dulci al-  
bo, & ad pellendos calculos. Nascitur omnibus locis,  
& lachryma ex eo myrrha similis defluit. Quidā in  
totum myrrham id esse affirmant. Montapium maio-  
ribus etiam differentijs distat: folio naq; cicutæ simile  
constat; radice tenui, caule anethi; minutiori tamen  
datur

datur in uino austero gratia menstruorū. Quædā cū supradictis nullatenus succo, aut uiribus cōueniunt: ut cucumis sylvestris urbano penitus incomparabilis est, sed aspectus tantum similitudinem gerit: Quemadmodum in coronarijs uiolæ accedit, folium enim habet consimile. Horum igitur differentias ex prædictis hisce acapies.

**C** De aruensium differentijs, quodque ea uocantur olera, quæ nobis usui sint abario, ut sunt intubum, aphaca, andryala, porcellia, senecio, & intubacea omnia: item pes gallinaeus, enthusicū, mentastrum, hircibarbula, corchorus.

## C A P V T

## VII.



Ruensium autē appellatorū post hæc discrimina, atq; in totum cuiusq; herbari minus cibo idonei generis, expōnemus. Olera enim uocitamus, quæ nobis usui abario sint, quæ quidē in summa uniuersorum contineantur necesse est: quam obrem nec ea dimittamus oportet. Ergo olera appellantur, intubū, aphaca, andryala, porcellia, senecio, atq; in totum quæcunq; intubacea constat, propter foliorum similitudinem: eiusmodi enim omnia folijs intubo quodammodo proximis conduntur: item pes galinaceus, enthusicū, mentastrum. Quidam uel alia innumerabilia nominant, inter quæ illud, quod hircibarbula uocant, cui radix longa, & dulcis: folia croco similia, nisi quod longiora: caulis breuis, super quij quem

quem calyx ampla, & barba de summo uertice cana pendens prolixia, unde nomen accepit. Pari modo & alia specie quidem eiusmodi constant, succis uero cibo idonea, uel cruda, uel cocta oriuntur: Quædam enim coqui exigunt, ut malua, beta, rumex, urtica, murale um, uesicaria, que cruda etiam maditur, & alia plus rara: inter quæ & corchorus, qui ob amaritudinem in prouerbio est: folium eius ocimum sanè emulatur. Ex cunctis autem alia annua, alia annicaulia extant: nec desunt, que radice diutius durët quam ipsa arescat. Quinimmo eiusmodi haud pauciora ferè adnotatur. Nanciscuntur alia radice, & semine: alia semine tantum, nisi quod sponte etiam proueniant.

**G**erminatio quibus temporibus in oleribus, atque uerbisue fieri soleat: déque florū differentia, & que differentiae in caulis publicæ.

## CAPVT

## VIII.



Erminatio uero tam eorū, quæ reliquo-  
rū, p̄tim cū primis imbribus post & q  
noctium fieri solet, ut aphacæ, cana-  
riæ, & eius quam buprestim quidam  
appellant: parim post uergilias, ut  
intubis, & omnium ferè intubaceorū: & alia cū ger-  
mine florem edunt, ut aphia: alia non longè p̄st, ut  
fremium. Quædam in eunte uere, tam caule, quam flo-  
rem emittunt, ut intubū, & omnia intubaci generis:  
& è spinosis, quæcūq; generi olerū attribui debeat.  
Florū autem differentia magna, de qua primo uolu-  
mine

mine retulimus, cōmunis ferē omnium cōstat: sed non  
desunt, quæ flore penitus careant, ut epimetrū. Eue-  
nit uero, ut quæ unā cum fructu florem dimittunt, ce-  
leriter deflorescant: cum tamen primus senuerit, alia  
us, atque aliis subnascitur, idq; per totā hyemen, uer-  
que aßidue usq; æstatē factitatur. Senecio quoq; diu-  
tius floret, q;q reliqua minus, ut & crocum tam odo-  
ratum, q;candidū, & spinosum, quæ carent odore.  
Omnium autem herbarum discriminē publicum, quod  
aliae recticaules, & neruicaules sunt: aliae anicaules,  
ut malua, scädix, cucumis sylvestris, solaris, quæ por-  
rò tali natura est: nam inter omnes, (ut ita loquar)  
magisq; tali natura est ut inter spinosas tribulus, at-  
que inturis, & alia plura: nam illorū etiā differentia  
numerofior est. Quædam uero amplexicaulia plane  
excunt: sed si non habeant, quibus accūbant: humili ser-  
punt, & humicaulia dici possunt, ceu petina, & lap-  
pa, & summatim quibus caulis gracilis, mollis, præ-  
longusque. Quæ de causa semper ferē super alijs hæc  
proueniunt: quæ quidē differentia publica est omniū,  
nō tātū herbarū, atque suffruticū, uerū etiā fruti-  
cū: Clavicula enim atq; etiā magis edera cilicia ample-  
xicaulis cōstat. Itē herbaceorū alia multiscaulibus,  
alia uno tātū cōdūtur: et unicauliū ipsorū alijs germi-  
ne caulis brachiatur, alijs è diuerso: sicut etiā inter sa-  
tiua, radix, & alia quedā. Multis caulibus cōstat (ut  
summatim dixerī) q; humicaulia excunt: Unicaulia uero,  
& paucicaulia, quæ recticaulia sūt. Ex his caule mini-

me brachiato illa creantur, quæ leuicaulia sint, ut cæ  
pæ porrum, aliū: Quemadmodum etiam inter sativa  
animaduertere licet.

**C**Differentia herbarū in positu loco que folio-  
rum, necnon fertilitate, sterilitateque: tum  
que differentia foliorum maxima, quidq; in-  
ter herbarum, arborumque flores intersit: at  
que de sylvestriis herbarum, olerum ue-  
cibus, & quid distent inter se.

## CAP VT

## IX.



Ifferentia illa quoque herbaceis da-  
tur, quod alia ab radice tantū folia-  
ta, alia in caule tantum foliata, alia  
utrinque foliata. Ab radice tantum  
foliata silago, nigella, anchusa, her-  
ba, freminū, frōdiflora, apargia, plantago, frāus. In  
caule tantum foliata, crepis, nigella, foliosa, lotus, uio-  
la alba. Utinque foliata intubum, siue ampulla. Id e-  
nim in caulis, cum ramulorum prouētu unā floscu-  
lus quoque quidā emergit: & ex spinosis foliatis non=  
nulla, & soncus. Sunt etiam alia frugifera, alia steri-  
lia: atq; in totum ex herbaceis alia usq; folia tantū ue-  
niunt, alia et caulem, & florē edunt, sed fructū nul-  
lū: quēdā etiā fructū pariunt, ueluti naturae perfectis  
simē munus: nisi forte & sine flore frugiferū aliqd  
sit, sicuti in arborū genere. Quin etiā folia eorū nō  
paucioribus, sed pluribus ferē differētijs, quam arbo-  
rū, inter se distat: nec differētijs carent, quibus planē  
ab illis

ab illis possint secerni: sed maximam ferē sortiuntur, quod pediculo illa dependet, hæc autem (quod ad absolute liceat loqui) se ipsis adhærent. Verum non desunt, quæ caulinaceo quodam appendice annectantur. Sunt quibus antè quam folia protrudi caulis soleat: maxime tamen parti folia prærumpunt, amplissimāque penē inter initia fiunt, et maxime ad cibum idonea. Arboribus uero omnibus caulinulus quodam antè propellitur, frons deinde emergit. Differūt etiam floribus plurimum, quippe cum in arboribus pars maxima florum candeat, et quædam paulo ad purpuram uergat: nec desint, qui herbidi, atque pallidi sint, nulli uero colore ardētiori habeantur: In herbarū autem genere permulti, et uarij tum synceri, tum misti, tum odorati, tum hebetes sentiantur. Itē arboreos florem, sed non particulatim uniuersum profundunt. Herbarum uero quædam per partes florescūt, ut de ocimo diximus: Vnde fit, ut diutius floreant, sicut alia multa, et in primis solaris, atque cichorea. Quin etiam radicū multæ differentiæ, atq; predictis patentiores consistunt: Sunt enim aliæ lignosæ, aliæ carnosæ, neruosæq; sicut etiam in genere satiuorum conspicili licet, ceu frumenti, et herbæ specialiter nūcupatae maiore ex parte. Earum autē ipsarum singule plurimis inter se differētijs distant, colore, odore, sapore, magnitudine: Aliæ nāq; candidæ, aliæ nigrae, aliæ rubicundæ, ut anchusæ, atque rubiæ: aliæ quasi flavae, et surculis speciem gerentes: adde dulces,

amaras.

amaras, acres, odoratas, maleque olentes: Nec desunt, quae uim habeant medicam, ut alias dictum est. Carnosiss quoque differentiae insunt: nam aliæ rotundæ, aliæ oblongæ, glandosæque, ut astule regiae, atq; croci: et aliæ multis tunicis constant, ut bulbi, uel cuiusvis generis bulbosi: addit cæpæ, et ge: hyi, et similiū: aliæ aquales, fungosæ, mollesq; tuto corpore, et quasi corticis omnis exortes, ut ari: uel corticem carni adhærentem habent, ut maliterræ, et rapæ. Non autem omnes odratæ, aut dulces, cibo idoneæ constant, nec omnes amaræ ingustabiles sunt, sed quæ postea, quam in cibo asumptæ fuerit, nihil nocuerint corpori, eas tatum esculetas statuimus. Quædam enim quamuis dulces, mortiferæ tamen, atque morbosæ consistunt: aliæ quamuis amaræ, aut maleolentes, utiles plane sentiuntur. Parimodo et folia, caulésque se habent, ceu absinthij, et fellis terræ. Discrimen etiam in germinando, et in florendo, ut hyeme incipiente, aut mediata, autestate, aut autumno. Quin et in fructibus ratio gustandi eadem est, et in caulinibus, et folijs, et seminibus, et radicibus: atque in ijs ipsis pro ratione saporum differentiae constant, ut acidi, acris, dulcis, austeri, et reliquorum eiusmodi, tum simpliater, tum ratione qualitatis remissioris, intensiorisue. Ergo differentias colligi hinc omnino oportet.

**C**Differre herbas temporibus germinatus, et floris historia singulorum olerum. Spicosa es se, oculum canis, caudā vulpis, linguam agni.

Que

Quæ & plantago, & coturnix, à quibusdam  
dicta est bibinella.

## CAPVT

X.



Ed cum singula distincta superius pro temporibus tam ad germinationem, quam ad florum prouentum, consu mationemque fructuum sint, addendum nunc illud occurrit, quod nec ijs quæ radiae proueniant, nec ijs, quæ semine erumpat, germinare quicquam ante tempus sibi accommodatum solet: sed suum unumquodque tempus expectat, nec ab imbribus quicquam infestatur. Quædam serotina admodum tam germine, quam flore percipiuntur: ut carduus, ut cucumis sylvestris, quod etiam in suffruticatum genere de pollicaria, & inturi, & alijs quibusdam retulimus: nec enim aliquid eorum floret, aut germinat ante proprium tempus. Quamobrem hoc etiam in arboribus differre appareant, quippe cù illorum simul quodammodo omnium germinatio fiat: aut si ita minus, uno quidem, eodemque dixerim tempore anni germina omnium citari: his autem multis, uel potius omnibus temporibus germen, atque etiam magis flos exeat. Quapropter si animaduertere uolueris, assidua penè per totū annū germinatio nē, & floris productionē uidebis. Sēper enī alterū alteri succēdēs tēpora oīa occupat, exēpli gratia: Apha

eum

cam crocum erumpet, & freum, & senecio, ceteraque hyberna, tum uerna sequetur, dein autumnalia accedit. Multi uero ex singulis floribus prouetus prorogant suos ut dictum est. Sunt enim quae tamen florent, cetero aphaca, & turdaria, & cichorea, & plantago, & alia quedam. Verum propter assiduam continentiam, occupandique uicissitudinem haud facile percipi in aliquibus potest. Nec est determinare, quae prima germinet, quae uero sero, nec eorum ipsorum generationes, ac tempora recenscri queunt. Quibus fructibus consumatis, alia initia denuo generandi instituantur, quod post autumni æquinoctium eueni potissimum solet. Tunc enim semina ex maiore parte perfecta habentur, & fructus arborum magna ex parte consummata iam extant: simulque mutatio quedam eius ipsius, atque temporis sequitur. Quæ autem imperfecta immaturaque occupentur his & germinatio, & floris prouentus, & fructus perfectio, ex circuitu ad portionem contingit. Quamobrem eueniit, ut alia sub solsticiis florent, alia sub canicula, alia post arcturum, & autumni æquinoctium. Sed haec communiorum sanè contemplationem, ad determinandam principijs rationem desyderare uidentur. Quod autem differentiae plures, aut nullo pauciores sunt, his ipsis plane iam exploratum habetur. Quandoquidem & perpetuo quedam ex his uireant, ut polii, ut solaris, atque capillus Veneris. His ergo de differentiis, quibus in rebus, quoque modo siant, determinatis, nunc singularium historias excponere

ponere congruum est. Quæ scilicet non pro cniusque propria natura cōsistant, ut quæ spicosa, scandicosa= que constent. Et si quid aliud tam commune capi de omnibus liceat, quod familiare sensui sit, aut folio, aut flore, aut radice, aut fructu: ex manifestis enim parti= tio fiat eorum necesse est, quemadmodum etiam radia= cum. Spicosa igitur oculus caninus, & cauda uulpie= na, & plantago, quæ agnigna lingua à quibusdā uo= cati est, & ab alijs coturnix, huic quodammodo simi= lis bibinella est. Verum hæc simplicia, & quodammo= do uniformia creantur, & spicam nec acutam, nec ari= statam gerunt. Cauda uero uulpina hirsutior, & lini= ginosior est, quamobrem similis uulpium caudis ærni= tur, unde & nomen accepit: huic plantago similis cō= stat, nisi quod florem non quemadmodum illa parti= culatim edit, sed per totam spicam tritici modo. Am= bobus tamen flosculus lanuginosus exit, sicuti etiā fru= mento: similis tota specie tritico est, uerū folio latiori. His proxima reliqua quoq; spicati generis, non teme= re dixeris.

**C**ichoracea oīa annuo folio cōsta= re. Item de caule cichoreæ id est intubi: de Porcellia, Aphaca, am= ragine: hinc repetitio differentia= rum radicū. De astula regia. Epi= menidea. Scylla. Aro. Dracunculo. Ense. Theseo.



Ichoracea uero omnia folio annuo,  
 & ab radice foliata consistunt: germe  
 nant post uergilia, fraude excepta.  
 Sed caulis, atque radicibus differen-  
 tias magnas sortiuntur, quippe cum cæ-  
 terorū caules simpliciores, minorēsque exurgat: cicho-  
 reæ id est intubæ, magnus, multisq; ramulis brachia-  
 tus, latus item, & diuidi contumax est: Qua de causa  
 pro vinculo eo utuntur: Radice quoque germen latera-  
 le mittere potest, & alioquin radice prolixū est, ideo-  
 que emori contumax: decerptis enim que ad usum ci-  
 barium capi soleant, reliquum generationis rursus a-  
 pescit principium. Euenit autem ut pars eius alia, at-  
 que alia floreat, idque a siduc fiat usque ad autūmnum,  
 quamquam durus caulis esse uideatur. Fert & siliquā,  
 in qua semen circa postremas caulinum partes. Porcel-  
 lia leuior, & aspectu mitior, & dulcior est: Nec ut  
 eandralia, que omnino ingustabilis est, & in radice  
 succum lacteum acrem, cundemque copiosum habet.  
 Aphaea ingustabilis, & amara est: festinanter hæc flo-  
 ret, sed celeriter flos senescit, atque lanugine pappo  
 dicta marcescit. Tum aliud iterum prouenit, atque ite-  
 rum aliud, idq; tota hyeme, uereque toto usque æstatiæ  
 facilitatur: flos melini speciem gerit. Simili modo uel a-  
 marago se habet: Nam ea quoq; uere florere incipit,  
 nec seca hyeme tota, uereq; toto perseverat: gustu ama-  
 ra est, unde & nomen accepit. Horum igitur differētiae  
 tales annotantur. Sed tentandum, (ut dictum est,) reliquo  
 rum

rum etiā pari modo colligere differentias. Genus autē uel eorū, quae radice carnosa, aut capitata creatur, aplū certe sc̄titur, quod & inter se, & ad ceteras, differētias, (uti retulimus) plerasq; sortitur, radice, folio, caule, atq; reliqua forma. Radicē enī (ut dictū est) aliæ squamis cōstat, aliæ carne: & aliæ cortice uestiū tur, aliæ nudæ adhēret: itē aliæ rotūdæ, aliæ oblongæ: & aliæ uescēdæ, aliæ ingustabiles. Vescēdæ non tantū bulborum, atq; eiusmodi, uerū etiā astulæ regiae, atq; scyllæ: nō tūmē omnis, sed Epimenideæ uocatae, quae ab usu nunaupationē sortita est, hęc angustiori folio, leuioriq; quam reliquæ cōstat. Ari quoq; radix cibo idonea est: & folia eiusdē decocta in aēto mandi nimirū possunt, suavis profecto, & ad fracta utilis est. Hęc, ut incremētū capiat, cum folijs luxuriatur, quae admodū ampla sparguntur: folia deflectentes ipsa circū obruere solēt: quō plāta nō in germina excrescat, sed totū alimentū in suū attrahat caput: Quod uel in bulbis nōnulli in cōponēdo facere assolēt. Dracūtuli aut̄ radix (Sunt enī, q; genus quoddā dracūtuli arum appellēt, quod eius caulis uarietatē habeat quādā) cibo inepta penitus est, & medicis tātū cōmoda: ac ēsis appetitati radix dulcis decocta est, & trita farinæ admista panē dulcē atq; innoxium reddit: rotūda hęc est, & sine cortice, capillamētis gethyi mō fibrata. Per multas iuxta eā scolopēdras reperiūt: gaudēt enī ea herba, frequētesq; cōgregantur in eā. Thesei radix gustu amara est, tusa alium purgat. Sunt & aliæ quedam medicæ.

Verum

Verum pars maior radicum neque medica, neque ab idonea constat. Et differentias quidem radicum has licet adnotari.

**D**iscrimē herbarum per folia, per caules. Scyllā ante portas satam contra ueneficia esse. Deq; nar cesso, & scylla: peculiare de amygdala.

## C A P V T

## XII.



Oliorum uero discrimen, magnitudine, figurāque accipi debet: Etenim al buco fōliū praelongū, angustum, lē tūmque leuiter: scyllæ latum, ensi uel pugioni, (ut quidam uocarūt) ad en sis effigiem exit, unde & nomē herbe impositū est. Consecratrici harundinacūm potius constat. Aro cū latitudine caulin, atque cucumeracūm est. Narciso angustum, frequens & pingue. Bulbis, omnibūsque bulbosis ualde angustum, sed croco angustius. Caulis alijs omnino nullus, ut aro, quod mandi potest: Nonnulla caulem tantum floris sortiuntur, ut narcissus, & crocon. Alijs nimirum caulis assurgit, ut scyllæ, bulbo, omnibūsque bulbosis: item consecratrici, & pugioni, sed omnium maxime astula regiae. Caulis enim dictus albucum unice inter omnes excellit, consecratrici minor quidem, sed durior, in totūmque albucum emulans. Semen quoque abunde astula regia profert lignosum semē id est, figura triquetra, colore atro: Gignitur in orbiculato quodam, quod flori subest, decidit & stāte. Cum orbiculatum illud debiscit, floret per partes, ut

&amp;

& scylla: incipiunt ab imis. Vermis in albucō gigni-  
tur, qui in aliud animal uolatile, floridūmque trans=  
figuratur. Quod cum herba florere incipit, eroſo ſta  
tim operculo euolat: peculiare is præ cæteris leuibus  
caulium generibus fortiri uidetur, quoniam cum an-  
gusto corpore fit, in ramulos ſupne ſpargatur. Per=  
multa ad abum affert utilia: quippe albucū toſtum in  
cinere manditur, & ſemen torrefactum uſui eſt: Sed  
radix tufa cū ſicu in uſu maxime omniū uenit, et utili-  
tatis plurimū autore Hefiodo p̄ebet. Omnia igitur ex  
pitata, radice uiuacia maiore in modū ſentiuntur: ſed  
præcipue scylla, ut pote que ſuſpensa uiuere poſſit,  
et quidē plurimum temporis. Poteſt etiam fructus re=  
condendos feruare, ut poma punica, detracto pedicu-  
lo. Et fatorum nonnulla celerius apud eam germe-  
nant. Traditur, & ante portas ſatam, remedio eſſe  
contra uenefiorum noxam. Omnia hæc uniuersim  
prouenient, ut etiam cæpæ, & allia. Germen etenim  
ab radice laterale producunt. Nonnulla etiam ē ſemī  
ne idem hoc euidentiſſime faciunt, ut aſtula regia, liri-  
um, pugio, bulbus: Sed bulbo peculiare datur, quòd  
non ſimul ex omnibus ſeminitibus exit, ſed partim an-  
no primo, partim ſecundo: ut etiam de auena, & lo-  
to traditum eſt. Id ergo, ſi uerum fit, commune cum  
alijs habetur. Necnon & illud fortaffe commune eſt,  
q̄ non multis, mirum tamē quod in scylla, narciffo=  
que euenit: Cæterorum enim tam recens fatorum, q̄  
regerminantium, ſuo tempore primo folium oritur,

deinde caulis exit: In his uero caulis prius, & narcis-  
si quidem floris tantum caulis protinus exit: Flos e-  
nīm eius plurimum festinat. Scyllæ autem caulis per  
se prius, tum flos ex eo emerget insidit, eadēmque flo-  
rum prouentus ternos ostendit: quorum primus tem-  
pus arandi primum significare uidetur, secundus me-  
dium, tertius nouissimum: quot enim fuerint isti, toti-  
dem, & arādi tempora fermè occurrunt: sed cum ita  
senuerit, tunc foliorum exortus multis postea diebus  
incepat. Idē uel in narciso fieri solet, nisi quod nec  
alium caulem præterquam floris proprium habet, ut  
diximus. Neque fructum conspicuum parit, sed ipse  
flos una cum caule desinit, & cum resflorescit, tunc  
folia excunt. Ergo præ ceteris quidē plantis, hæc am-  
bo peculiaria dixeris: præ illis uero, que ante foliorū,  
& caulinum ortum florere ināpiunt, quod iphyum,  
& alia quedam ex coronarijs facere putantur: at-  
que etiam inter arbores amygdala potissimum, aut  
sola. Peculiare hoc sit, quod ea quidem, uel cum flore  
folium quoque promunt, uel paulopost, ut de quibus-  
dam ambiguum sit, querique soleat. In his autem ex  
altero quasi principio prodire uidetur, cum propter  
dierum multitudinem, tum quod antequam flos, aut  
etiam caulis totus senuerit, germinare ināpiant. Ger-  
minatio uero prior Scyllæ, posterior narcissi, &  
folium is large emittit, et radix ipsa parua nequaquam est,  
quamq; non magna: figura non absimilis bulbo, uerū  
nō squamata. Hæc igitur quo pacto se habeat, contem-  
plari

plari non ab re est.

**B**ulborū genera, & differētiæ. Genus quod=dam bulborum lanigerum esse, unde togæ, & alia uestimenta texantur: Quod peculiare da=tum Sisyrinchio. Adiāti id est capilli ueneris folium in aqua nunquām madescere, eiūsque duo esse genera, atque ambo ad defluuium ca=pillorum utilia oleo trita: fidiculam ad urinæ distillationes utilem. Quid anthemo peculiare.

C A P V T                    XIII.



Lura autem genera esse bulborū ni=mirum constat. Differūt nanque in=ter se se, magnitudine, colore, figura, sapore: quippe cum adeò dulces qui=busdam in locis exeant, ut uel crudi mandi fādilime possint, ut in Cherroneſo taurica. Sed maxima, peculiarisque præcipue differential lanigera rum herbarum adnotatur: Est enim genus quoddam eiusmodi littoribus nascens, lanānque sub primis tu=nicis habens, ut inter internum quod manditur, & extēnum media ista conculcetur. Texuntur ex ea, et toge, & alia uestimenta: qua de causa lanatum id constare putaueris, non modo illius indici crinitum: quin & bulbosa plura, nec ijs pauciora notare licet, exempli gratia: Violam albam, bulbinam, opitio=nem, cyicem, & sisyrinchium quodammodo, quæ quidem redigi ad bulborum genus desyderant,

r ij                    quod

quod radice orbiculentur. Nam colore quidem penitus  
discrepant: carent enim, nec squamis constant. Pe-  
culiare sisyrinchio datum est, ut una radix primò au-  
geatur hyeme, tum incunte uere, quod in imo excreue-  
rit, contrahatur, supernūque crescat, quod māditur.  
Atque hēc differentias sortiri eiusmodi constat. Pro-  
pria uero herbaceis uel illa tribui solent: Adianti id  
est capilli ueneris folium in aqua nunquam madescit,  
nec quicquam adhæsse humoris constat, unde & no-  
men herba accepit. Genera eius duo, candidum, atque  
nigrum. Ambo ad defluum capillum utilia, olco trita.  
Nascuntur maxime locis humidis. Fidicula uel ad distil-  
lationes urinæ unice facit, ut quidam existimant: Cau-  
lem hēc capillo ueneris nigro similem gerit, folia ad-  
modum parua, densa, aduersa, inter se condita, ra-  
dicem minimam, loca amat opaca. Inter ea uero, que  
florere particulatim notantur, peculiare, quod in an-  
themo fieri solet: cum enim cæteris omnibus propriū  
sit, ab ima sui parte deflorere incipere, id à summo  
incipit florere: candidus flos circundat, medium uiri-  
dis tenet, & semini color idem: Deedit id uti & spi-  
nosorum conceptaculo inani relicto. Genera eius  
plura.

**C**De lappa, solari, carduo, hirundinaria, semi-  
peruuo, loto, melfrugo, ueſicaria, quodque  
eius tria sint genera.

C A P V T

XIII.  
Notabile,



Otabile, & in lappa, quæ suæ aspita  
tis causa uestibus adhærescit, ut diffi-  
cile auferri posse. Nascitur enim flos  
in eo ipso hirsuto et aspo non exies,  
neq; euidens, sed intus maturescens,  
& semen pariens, ut illis simile sit, quod in galeis, ac  
uiperis euenit. Illa enim ubi intra se oua pepererunt,  
mox animalia gignunt: et haec florē in se continens, cō  
coquēnsque, fructum dein de parit. Quæ autem ita  
uel florent, uel germinant, ut aliqua sequi uideantur,  
uelut solaris uocata, & carduus ( nam ea quoque  
cum solstitium agitur, floret ) Item hirundinaria,  
quæ aduentu hirundinis suum excitat florē, haec par-  
tim naturalem, partim fortuitam habere causam ap-  
paruerit. Quintiam in reliquis propria eiusmodi  
permulta intelligi possunt, ut semper uiuo datum à  
natura est, quò humidū, uirideque semper durare ua-  
leat: Folio carnosō, lævi, atque oblongo id constat:  
plaris parietinis nascitur, necnon & in tegulis, cum  
terræ confluuium quoddam arenaceum factum est.  
Ad haec alia permulta naturæ superuacuæ nosse forsi  
tan possis, sed ( ut sæpe retulimus ) differentias com-  
paratione cæterorum semper contemplari oportet.  
Quædam enim formis pluribus constant, quanquam  
nomen unum sortiantur, ut ita fermè equiuoca sint,  
ceu lotus: Huius enim genera plura redundant, fo-  
lio, caule, flore, fructuque discreta. Inter quæ uel il-  
lud redditur, quod melfrugum appellant, diuersum

r iij tum

tum viribus in usu cibario, tum quod non eadem loca defuderet. Alia quoque plura hunc in modum facile assignari possunt. Quodam uero quis generibus, existut paucioribus, tamē nō minus discriminis sortiri videatur, ut uescicaria, quae cognomine nominis tantum, et quadam planè equiuocatione acapitur: Vna enim cibo idonea est, et fructū quasi urbanū acinosum præstat: Due uero, quarum altera somnum, altera insaniam infert: & si copiosior detur, interimere sanè potest. Pari modo & in reliquis, quae plurimum inter se distent, accipi idem licet. Sed de ceteris herbaceis satis difficultum. De frumento, uniuersisq; frumentaceis, de cetero indicandum: Hoc enim reliquum ad= huc est.



**C**De frumento, & frumentaceis, eßéque frumenti tria genera: Semētis uero duo tempora. Quæ mature ferere, quæ serò oporteat: de tertio ferendi tempore. Quoto quoq; die à satu erumpant.

## CAPUT I.



ATIS DE cæteris herbaceis diximus, nunc de frumento, uniuersisq; frumentaceis agamus, modo quo superiora tradidimus: hoc enim reliquum in herbaceis generibus est. Frumenti prima, & maxima genera duo constant: sunt enim alia frumentacea, ut triticum, ordeum, tipha, semen, & reliqua quæ tritici, ordeiue specimen quodammodo gerant: alia chedropa appellata, ut faba, cicer, pisum: atq; in totū, quæ leguminæ vocitare solemus: Adde tertium genus, milium, panicum, sesamum: & ad summam, quæ in æstiuis sementibus cōmuni careant appellatione. Horum omnium generatio simplex, et una est: quippe semine tantum omnia exēunt, nisi quid rarenter, parcēque radice profiliati r iiii Sementis

Sementis autem duo plurimum tempora notātur, sed primum, atque potissimum, quod ārē uergiliarum occasum accipitur, quod & Hesiodus, & maxima ferē pars autorum secuta est. Quamobrem tempus id per excellentiam satum appellant: secundum quod uere incipit post brumam, sed nō eisdem datur utrūque. Alia enim mature seri desyderant, alia serō, quod hyemen nequeant tolerare: non tamen desunt, quae tempus utrūque satis apte contingant, hyemem scilicet, atque uer. Mature seruntur triticum, ordeum, quod etiam maturius seritur: item semen, tipha, siligo, & siquid aliud tritico simile consistat: his etenim omnibus idem penē tempus serendi statuitur. Ex leguminibus uero faba (ut ita loquar) maxime mature seri exposcit: hęc enim suę debilitatis gratia, radicationem hyemi anticipare desyderat. Lupinum quoque mature seritur: post aream enim serendum protinus censent. Sera illorum satio est, quae in genere discrepant, ut tricia genus quoddam, & ordei quod trimestre appellant, quoniam pertantum temporis perfici posset: & in leguminum generis lens, aphaca, pisum. Tempori utrique datur ex leguminibus eruum, cicer. Sunt, & qui etiā fabam serō audeant serere, si minus primis satibus expedire potuerint. Simplicia tamen ratione dicendum alia sui roboris causa seri maturius poscere, ut quae hyemem tolerare facile possūt: alia ob debilitatē idē requireant, ut clemētia tēporis incrementū præsumere queāt.

Igitur

Igitur tempora duo illa in primis notantur. Tertium uero additur, quod aestiuis attributum retulimus, quo milium seritur, & panicum, & sesamum, ite trionum, geminalisq;. Hæc serendi tempora singulis statuuntur. Erupit autem aliud celerius, aliud tardius: Ordetur atque triticum die plurimum septimo, sed magis ordeum festinat. Legumina quarto die, aut quinto proueniunt, fabis exceptis: faba enim intra dies plures etiam, quam frumenta, exit: Quibusdam enim in locis uel in die quintodecimo, alias etiam uigesimo: Hæc enim difficilime omnium prouenit, & si cum sata fuerit, imber plus equo successit, uel prouentu omnino difficultis reddetur. Sed an ea, quæ tempore uerno seratur, celerius exeat, cogitandum. Prouentus autem, exortusq; dictos, quoad id uniuersim dixisse liceat, ita facilitari putandum. Nonnunquam enim, & quibusdam in locis uel intra pauciores dies confici possint, ut in Aegypto tertio, quartouer die prouenire affirmat. At apud alios uel pluribus, quam retulimus, opus sit: nec temere ita eueniat, cum & tellus, & coelum discrepat: cumque maturius, seriusue, aratum est, queque superuenerint dissimilia constant. Tellus enim rara, & leuis, & benigno coelo subiecta, aeleriter, ac facile reddit: leta uero, & poderosa, tarde: & que squalleat, tardius. Item si hyems, aut squallores, serenitatesq; nimiae superuenerint, uel è contra imbres immodi ci incesserint, res longe tardius agetur: His enim discrimine sumnum exultat. Parimodo, & si solū fit culicis synoqua

fimoq; refertū; uel si nihil eiusmodi actum sit: Nā &  
ad m.ature, seroue serēdū quoduis, loca differūt. Qua  
de causa nōnulli Greciae incole mature omnia serere  
solēt, uidelicet propter sui tractus algore, ut Phocen  
ses: ne salicet hyemes herbas parvulas occupent.

**C**Quēadmodū nascatur in frugibus folia, germi-  
naq; & radīcēs. Q[uo] modo ordeū, & triticum,  
& pisum, & faba, & cār exēat: quoq; radīcēs  
legumina omnia habeāt. De frumētagine, & or-  
deagine, atq; frumenti ortu, leguminūmque.

## CAPVT

## II.



Erminant alia ex eodem, radīcēm, fo-  
liumq; fundentia: alia utrumque ex  
utroque extremo. Triticū, ordeum, ti-  
pha, ad sūmā omnia, quae frumētae  
cōstent specie, ex utroque effundūt:  
quippe quæ parte īma, crassaq; radicē: tenui superna,  
herbā propellant: fit tamen unū, atque continuū ex  
ambobus, radīcē & caule. At faba, cāterāque legumi-  
na nō eodē modo mittere cōsueuerunt, sed eadem ex  
parte radīcēm fundūt, & caulem, qua etiam nexus si-  
liquarum consistit, inq; ea ueluti principium quoddā  
germinandi haudquaquam obscurū. Quod in quibus-  
dam uel ad mentulæ formam effigiatum sane inspi-  
re possis, cū in faba, & cārcē, sed maxime in lupino.  
His enim radix deorsum uersus, folium uero, & cau-  
lis sursum tendunt. Hoc igitur differūt, sed illo' pla-  
nè conueniunt, quod omnia per annexū siliquæ, atq;  
spicæ

spicæ radicē capiant: nec ut in quibusdam arboribus,  
è diuerso fieri solet, ceu in amygdala, nuce, glande,  
atque similibus. Omnibus autem radix paulo ante cau-  
lem exit: & quidem in frumentacis euenit, ut radix  
protinus extra pellatur: germe autem in ipso semine  
augeri primum incipiat, auctoq; subinde semina dis-  
iungantur. Nam & hæc omnia bipartita quodammo-  
do constant, quod in leguminibus manifestum est: Illa  
namque bino claudi corpore, atque ita componi peni-  
tus liquet: uerum in eo genere, quia per seipsum sit,  
illud quidem minus contingit. Radix tamen paulo pri-  
us isti quoque propellitur. Exit ordeum, & triticum  
uno folio: pisum, & faba, & ciær multis: legumina  
omnia singulas habent radices, easdemq; lignosas, &  
ramulis prætenuibus modo capillamentorum fibratas.  
Omnium (ut ita dixerim) altissimam ciær agit, quod  
nonnunquam uel ex latere mittit. At uero triticum, or-  
deum, reliquaq; frumentacea permultis, prætenuibusq;  
innituntur radicibus: Qua de causa numeroſo ra-  
mo, numeroſoq; caule omnia eiusmodi se attollunt.  
Quamobrem, uel contrarietas quedam inter hec ge-  
nera fermè intelligi potest: etenim legumina radice fin-  
gulari subnixa, multos superne ramos ex caulibus ge-  
runt, fabis tantum exceptis: frumenta uero è diuerso  
multis subnixa radicibus, multa quidem effundunt ger-  
mina, sed que ramis brachiari omnino nequeat, præ-  
terquam genus, quod frumentaginem, quodque ordea-  
ginem uocant. Hyeme in herba, frumentacea manent.

Omnia

Omnia tempore mitesāente , caulem de medio mittunt: at que geniculantur, euenit , ut protinus in tertio ge- nu, quædam in quarto gerere spicam incipient , sed nondum aliqua mole conspicuam. Et quidem per totū culnum spica digeritur, ut ferme aon culnari incep- rint, mox eam conspici sit. Sed latet, ante quam adulta in folliculo fuerit: tum enim foetus sue crassitudine molis euidēs extat. Mox folliculo absoluta, quarto, aut quinto die florere tā tritici, quām ordei incipit, totia- demq; diebus ferè floret: qui uero plus temporis refe- runt, septimo die deflorescere notant: Sed leguminum floris diutina productio est , atque inter cetera erui, cicērisq; diuturnissima. Inter omnia uero faba quidem summo discriminē redditur: quadraginta namque die bus florere prodita est: sed alij subinde alio , & alio emergente, florere assignat: particulatim enim flore- re aiunt, alij simpliciter referunt : flos enim spicatis vniuersim leguminibus omnibus particularitatem emer- git. His enim primum pars infera floret, quæ cum de- sierit, proxima incipit, atque ita ad supernā itur suc- cēsu assiduo : qua de causa multa ex eruis evulsa parte ima defluxisse cernuntur , superna uero peni- tus esse viridia.

**C**Quot diebus frumenta: Quot item legumi- na maturentur. Terram à terra, & cœlum à cœlo ad fructuum differre perfectionē . Qui- bus folijs frumenta, quibus legumina constent. De siliqua , legumine , florumq; differentia.

Quæ

Quæ spicam, que Iubā, quæ siliquam gerant.

## CAPUT III.



Riticum, atque ordeū postea, quam de floruere, crassantur, perficiuntur: que, cum plurimū intra dies quadraginta: pari modo & tipha, & reclita huusēmodi. Item fabam diebus totidem perfici uolunt: Ita tamen, ut intra tantū dē spicium temporis hēc florere, atque perfici nata sit, cum cetera intra dies pauciores cōsumentur. Sed aer paucissimus perfici potest, siquidem post sementem diebus quadraginta absolui poscit, ut quidam affirmant: Nā in totum alerrime genus id leguminis consumari nulli dubium est. Milium, & sesamum, & panicum, & ad summā omnia aestiu, dies quadraginta sortiri inter omnes ferē constat, nō tamen desunt: qui uel pauciores prodiderint. Differt, & terra à terra, & cœlū à cœlo ad fructū perfectionē: quædā etenī loca profire intra pauciores dies uidentur: ut cum alia, tum & maiorem in modū conspicue Aegyptus: illic enim ordeum sexto à satu mense, triticum septimo metitur, quod apud plurimos octauo. Ceterum nec illo tractu sic multitudine tota fieri solet, sed quoad religionis primitijs tātū statutū est. Portatur enim ad sacrorum quorūdā usum farina noua sexto mēse, & hec à locis superioribus super Memphis. Quin & Sicilia apud Milas uocatas agri Mesani celerem quandā fieri cōsummationē seroru affirmat: esse namq; semētē corum

eorum menses sex: sed tamen cum primis una metere posse, qui mense nouissimo seuerit. Regionem istam adeo fertilem produnt, ut triginta choes reddere ualeat, pascua mirificae habeat ubiq;. Sed mirabilius, quod in Melio fieri aiunt, sata enim intra triginta, aut quadraginta dies metere inapiunt: quā obrem eius loca incolas fari consueisse, Eatenuis serendum, quatenus manipulum uideris. Sed hæc nec coctu faalia, nec multa apud eos fieri traditur. Locum istum in exhibēdis alienamentis mancum affirmant: frumenta enim, oleasque in genue ferre, uites autem modic. Sed omnibus mirabilius, quod in Chalcia Rhodiorum insula fieri solet: illuc enim locum quendam præcoquem, fertilemq; adeo narrat, ut ordeum satum in eo, cum cæteris sereretur in locis, metere iterūnque serere, atque cum reliquis una frugibus rursus metere possint. Maximam igitur hanc differentiam, si uera sit, arbitrari debemus: Quod enim translatum in alium tractum distulerit, ut ē Cilia in Cappadociam, atque in totum trans Taurum aiunt, minus incongruum sit. Locorum enim discriminū longi causa interualli exultet neæsse est: conterminum uero, eundemque loco, tantum differre à reliquis, mirabile admodum est. Hic ergo summa cū differentia notatur: cæteri autem tractus haud multū inter se tempore distant, sata enim in Attica prius, q; in Hellestante ueniunt ad maturitatem diebus triginta, aut aliquo plus. Quod si satus quoque præcessit loci mutatio sit: sin autem simul satum sit, plus temporis

ris certe accedit necesse est. Nec ex loca differentiam  
haudquam mediocrem faciunt, nonnulla proximam  
sunt: segetes enim Salaminis longe prius, quam ex  
terre Atticae regionis perficiuntur. Atque in totum illo  
ca maritima, tam ad hæc ipsa, quam ad reliquos fru-  
ctus festinationa intelliguntur: ut circa Actam uocatam  
Peloponessi, & in Phaleco agri Megarensis, nisi  
isthic uel humili tenuitatē, atque laxitatē offerre quic-  
quam putaueris. Generatio, & perfectio ita se habet.  
Differunt autem, & tota discreta genera inter se fru-  
menta, legumina, & stiuaque: & generatim, que eiusdem  
generis consortia sunt: Frumenta etenim folio harun-  
dinaceo constant. Leguminum alia rotundo, ut faba,  
& maxima ferè pars: alia oblongiori, ut pisum, cicer-  
cula, ciæra, & reliqua huiusmodi: alia item neruata,  
alia sine neruo, & uena. Sesamum, & trionum disera-  
ni ab his sua proprietate cernuntur. Item caulis alijs ge-  
nicalatus, atque inanis, ut fabæ, quamobrē culmus uox-  
atus est ceteris leguminibus lignosior. Sed ciæri ligno-  
fissimus, milio ex stiuis, & panico harūdinacæ: se-  
same, & triono potius ferulacea: & alijs caulis ere-  
ctus, ut tritico, ordeo: & in totum frumentaçis, atque  
stiuis, alijs tendens in latus potius, ut ciæri, eruo, lenti:  
alijs humili proædens, ut eruialæ, piso, ciæraulae. Siliqua  
nomine appellata speciali, si ligna lōga affixeris, ascē-  
det, & frugifera fiet: alioqui uitiosa, atque eruginosa  
reddetur. Faba inter legumina sola potissimum erecto  
caule constat: quin & floribus differētia tum natura,  
tum

tum positu data est. De quibus ferè in ijs, que in uniuersum digeſſimus, ſatis dictum existimamus: ſalicit quòd alij lanuginei, ut omnū ferè gerentū ſpicā, alij folijs conſtāt, ut leguminū, & plurimis quidē minutis: maior etenim pars florem ſeſſilem edit. Flos lanugineus, & milio, & panico: ſed ſeſamæ, atque triono folijs conſtans, & alia arca ipſum ſemen floſculum habent, ut queque frumentacea, & miliacea arca ſpicam. Legumina uero ex eo quodammodo flore, aut ex eodem quidem initio proueniunt: Et florem alia uniuersim, alia particulatim producunt: & reliqua hiſæ proxi- ma, ſatis iam expoſuſe putamus. Ad hec que fructu- um ratio exigit, addimus: quòd alia ſpicam gerunt, ut frumentacea: alia ſiliquam, ut legumina: alia iubā, ut miliacea: effuſam enim illam harundinacea comā, iubā appello. Ad summā alijs ſemen uafculis includi- tur, alijs membranis continentur, alijs nudum inſidet: alijs item fructus in extremo, alijs in latere: & reli- qua, que hanc ipſam contemplationem contingunt, diximus. In totum uero genus leguminum fructu copio- ſius, fœcundiusq; profeſto ſentitur: Sed his feradora profeſto & ſtua ſunt, ut miliū, ſeſama. Lens maxime inter legumina fertiliſ eſt: & ſummatim que ſemē fe- runt puſillum, copioſius fermè fructificant, ut etiā in- ter olera cumiū: quanquam hec omnia copioſe fe- rant. Validiora contra hyemen, atque in totum cœli mutationes frumentacea conſtant: legumina uero cibi ratione putentur ualentiora, niſi forte id quidem no- bis

bis ita respondet, cum cæteris animantibus ē diuerso occurrat.

**D**e frumentorum inter se differentia, & generibus ordei, ac tritici, & eorum differentijs: Quantumque nascatur in Asia frumentū.

CAPVT III.



Rgo genera tota tales inter se differentias sortiuntur. Quæ uero generis eiusdē consortia sint, his pro partium sanè inæqualitate differētia datur: Ut inter frumentacea triticū angustiori folio, quam ordeum conditur, & caulem leuiorem, ruptuq; difficiorem id habet. Ad hæc triticū tunicis integitur multis: Ordeum nudum consistit: id enim omnium maxime caret tegumento. Tipha quoq; & filigo, & omnia huiuscmodi multiplici folliculo includuntur. Ac omniū (ut ita loquar) maxime auenam, natura operuit. Quinetiam culmus altior tritico, quam ordeo est, & spica plus discreta à folijs emicat. Palea quoque suauior, quæ ex tritico, quam quæ ex ordeo: utpote quæ plus succi retineat, & mollierit. Ad hæc ordeum à tritico differt, quod ordeum inuersus spicatur, triticum nullo uersu cōditum est, sed æquale undique constat. Genus totum ad genus tales ingerit differentias. Rursus eorum utrūque in plura genera ipsis etiam fructibus, & spicis, et reliquis formis, atq; etiam uiribus, affectionibꝫque discreta, diuidi sanè potest. Est enī in ordei genere aliud binis

ſ uersibus

uersibus, aliud ternis quaternisque, cūmque plurimū, senis: est enim uel eiusmodi quoddam genus. Quod uero pluribus construitur uersibus, hoc semper ferē spis sius, posiuūque arctius constat. Magnam, & indicum differentiam facit, quandoquidē ramis natum sit brachiari, ut proposui. Et spicæ uero alijs grandiores, rā rioreſque constant: alijs minores, frequētiorēſque: et alijs distatiōres à folijs, alijs proximiores, ut achilleſ is cognomine. Et ordeorum ipsorum aliud rotundius, minusque: aliud oblongius, maiusque, atq; in spica rā rius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpu ram, quod & farinam reddere copiosius creditur: & contra hyemem, & flatus, & in totum contra cœli mutationes cādido ualidius eſſe uidetur. Tritici quoque genera plura notantur, cognomina ex locis for̄tita, ut africum, ponticum, thracium, assyrium, egyptium, sicolum: que & colore, & magnitudine, & specie, & proprietate inter se differunt. Q uædam uel aliunde cognomina sortiūtur pro suis uiribus, tū alijs, tū uel maxime que ad cibū pertineant, ut cachrys, stengis, alexandrinus: quoruū omnium differētias in supradictis colligere licet. Nec uero ab re fuerit, si illa quoque pro differentijs capies: & aliud præcox, aliud serum: & aliud auctu amplum multūq; reddens, aliud iejunum quoddam parūmque ferēs: & aliud spicam grandiorem effundens, aliud paruam: & aliud diu in folliculo manens, aliud aptum breui absolui, ut africum: & aliud cubuo tenui conſtans,

stans, aliud crasso: quod etiam ipsum a frico datum est. Crasso tamen, & cachrydias dictum consistit. Item aliud tunicis paucis, aliud multis uestitur, ut thraciū: et aliud unicalamū, aliud multicalamū, et magis, minusq;. Adde etiā si quid aliud his, aut prædictis ratione virium proximum sit: Eiusmodi nanque differentiae naturaliores profecto appareant, quibus et trimestrium annumerari genus par est, & bimestriū, & si quid intra pauciores dies ualeat consumari: & in Eubœa genus quoddam intra quadraginta dies crassari, perficiq; posse affirmant, idemque firmum esse, ac ponderosum, nec modo trimestris leue. Quamobrem famulis id præberi inquiunt, etenim nec multum in hoc furfuriſ esse uolunt. Igitur genus id celerrimum quidem ad consumptionem, sed inuentu rarissimum est. Et bimestria uero quædam habentur, quæ ex Sialia, & in Achaiam aduecta sunt: sed hec paucum reddunt, parumque fœcunda habentur. Quanquam cibo faulia, & incunda sunt. Nascentur & alia quædam genera in Eubœa, & præcipue apud Caristum. Trimestria uero per multa, & ubique habentur; leuia hæc & parum fœcunda, & unicalama sunt, atque in totum infirma. Leuissimum igitur triticum, quoad simplici ratione agere licet, ponticum est: ponderosius ex ijs, quæ in Græciam aduechi solent, sialum das tur. Sed eò ponderosius, quod Boeotia fert. Indicum afferunt, quod athletæ, qui Boeotia ternos se-

ſij misextarios

misextarios uix possint consumere, cum Athenis fuerint, facile quina consumunt: leue satis & quod in laconico agro confitatur. Horum igitur causa in terris, cœloque intelligi debet. Nam & Asia ultra Bœnia quodam in loco adeò grande frumentū fieri tradunt, ut nucleis oliuæ sua æquiparent magnitudine grana singula: in Pissotis autem dictis adeò firmum nasci affirmant, ut si quis plus comedelerit, disrumpatur necesse sit, & Macedonum ita plerosque interisse aiunt. Absurdum sanè, & levitati trimestriū absonum, quod in pontico euenit: Vernum enim durum admodum est: Hybernum autem molle est: leuitate enim molle plurimum differt.

**D**uo uniuersi frumenti esse arandi tempora. Déque Ciceris differentijs, siliquarūmque in figura.

CAPVT V.



T quidem arandi tempora uniuersi frumenti duo uidentur statuere, alterum hybernū, alterum uernū, quo etiā legumina serune. Ad hæc in genere frumentorū aliud purum lolij nascitur, ut ponticum, atq; & egyptiū: purum et sciuū satis, et præcipue agrigētinū sine lolio exit. Siculo propriū datur, quod melampyrū uocat: res innocens, nec sicut lolium graue, & caput tentans. Sed hæc quidem (ut dictum est) locorum naturæ adscribi decet, idque agere quoad singulis generibus attinere uideatur: In leguminum

leguminum autē genere, pari modo differentias eiusmodi capere non est: aut quodd non idem scrutandi studium adhibetur, aut etiā quod illa uniformia consistunt: etenim præter cicer, & lentem, & aliquatenus fabam, & eruū, quoad colorū, saporūque ratio differentiam faciat, cetera nullis generibus discernere solent. Ergo cicer, & magnitudine, & sapore, & odore, & forma, plerasque differentias ostendit, ut arietinū, & columbinum. Candida inter omnia dulcedine præstant: etenim eruū, & lens, & cicer, & faba, & sesama: Nam & sesame genus quoddam candidum datur: sed differentias hinc potius acapere licet, uidelicet ex his omnibus, quæ siliquis inclusa proueniunt. Eoruū enim alia non intersepta, sed quasi inuicem contingentia constant, ut eruū, pisum, & pars penè maxima: alia magnopere circuisepta, ut lupinū, atque etiam magis, & peculiarem in modū sesama. Item alia in siliquis longis, alia in rotundis, ut cicer. Et quidem seminum multitudo, pro magnitudinis ratione sequitur: pauciora enim minor siliqua cōtinet, ut ciceris, & lentis. Quæ quidem differentiæ similes fortasse, ac illæ habentur, quas generi frumentaceorum, tum spicarum, tum ipsorum fructuum ratione tribuimus: nam & quæ siliquæ appellantur, seminū ferè rationem sequuntur: aliæ nanque leuiter latæ, ut lentis, & aphaeæ: aliæ cylindratae potius, ut erui, & pisi: figuram enim huiuscmodi ista sortiuntur. Sed huiusmodi differentias multas per singula comperire

sūj potueris

potueris, quarum aliæ communes omnibus, aliæ generatim proprie habentur. Quod autem omnia si liquis adharent, et ueluti quoddam principium inde obtinent, alia eminens, ut faba, et cicer: alia concavum ut lupinum et alia quædam: alia non æque expressum, sed minus, ac ueluti indicium primâpij tantum, constat tum ex ipso aspectu (cernitur enim primum quo et sata germinant, atque radicantur (ut inter initia diximus) et annexa siliquis nutriti, dum consumuntur, aptissime possunt) tum ex ijs, que nūc, et ante satis differuisse putamus. Sed de differentiis hactenus.

**C** De leguminum, et frumentorum satu: tu de Stercoratione. Quæ cuic agro conueniant semina. Quando imbres profint, quando noceant frugibus. Quod solū quid præstare pos sit.

CAPVT

VI.



Erere autem quæque potissimum tempestiis sementibus præstat: ceterum et sicco solo quidam committunt, ac præcipue triticum, ac ordeum: ut poste que maxime ualent perdurare, ubi non aubus, aut alijs bestijs tellus obnoxia sit. Haud enim commodum seminadefactum solum putatur: quippe cum semina in eo facile latecant, atque intereant: simul accidat, ut frequens herba nascatur. Imbrem post sationem superuenire omnibus prodest, exceptis,

exceptis, quæ offici potius apta sint, ut faba inter æstiuia, sesama, et cumino, et triono. Densum autem, rarumque spargere semen terrarum etiā ratione conuenit: plus enim crassa, letaque tolerare potest, quam arenosa, et tenuis: Quāquam dici soleat, aliás plus, aliás minus seminis eandem recipere segetem, infastoque augurio capiant cum plus receperit: terram enim esurire, esitareque protinus semen existimant: Sed hæc ratio stulte fortasse affertur. Semina uero si contempleris, et præcipue loca ipsa scruteris unde cum solo, positionem quoque animaduertendo, quæ ad flatus, solésque sit, accommodatius sanè differentias colliges. Stercoratio quoque pro natura terrarum fieri debet. Nouale hybernū uerno præferatur. Nonnusquam alte inarare non expedit, ut in Syria: qua de causa pusillis aratris Syri utuntur. Aequaliter alios cultus nimius obest, ut in Sicilia: unde fit, ut multi ex peregrinis facile aberrare possint. Hæc quoad terrarum naturam satis sit. Discernere autem, et semina solēt, quid scilicet cuique cōpetat agro. Hybernis etenim locis triticum potius datur, quam ordeum, atque in totum frumentum potius, quam legumen. Ad plenum inculta, et longo tempore post præscissa, tritico deputantur: Id enim melius, quam ordeum illa ferunt. Tolerat et frequentiam imbricium triticum magis, quam ordeum, et fertilius segete minus stercorata perficitur. Pari modo, et tritici ratio, qd cui conueniat, habetur: exempli gratia, qd frugali,

& pingui: quod iejuno, & gracili, & de reliquis pari ratione animaduertere solet. Aqua, cum sata co- ceperint, atque adulta sint, omnibus prodest. Tritico, ordeo, reliquisque frumentaceis florentibus obest: facit enim, ut cuncta intereant. Leguminibus nihil officit acere excepto: id enim abluta sal silagine, radice tabescens, interit, & ab erucis ero sum protinus perit. Cicer nigrum, atque etiam ruffum, firmius est, quam album. Locis dilutioribus sero serendum id cœsent. Faba florescens precipue madefieri cupit: Ob id sero, nam serere uolunt (ut dictum est) quoniam diu floreat: Sed postquam defloruerit, parum omnino aquæ desyderari affirmant: Consumatio enim iam in uicino est. Frumentaceis in plenum crassatis aqua noxia esse putatur, et ordeo magis, quam tritico. In Aegypto uero, & apud Babylonem, & Bactra ubi terra nullis, aut raris imbribus madet, roribus omnia coalescent. Adde Cyrenam, & Hesperidem: Idem enim uel in ijs ipsis fieri solet. Omnium (ut simplicius loquar) opportunitissima que uerna: quamobrem Sicilia frumenti perfertilis est: large naq; & molliter uere fru- ctificatur, è diuerso autem hyeme solu tenue multa pa- latim recipere possit. Crassum uel seminū copiam, et aquarum inopiam tolerare facile potest: locis autem sitientibus omnes afflatus, auræq; prodeesse putan- tur. Sed alij apud alios eiusuodi remedia præstant, quod uel antea diximus. Sed omni quasi ex pte squal- lor potius, quam crebri imbrres, frumento expedit: Im- bres

bres enim cum aliâs contrarij sunt , tum semina ipsa  
sæpe corruptum. Quod si minus herbæ quidem luxu-  
riam mouent, ut sata strangulētur, atque omne alimē-  
tum amittant, nullum ex seminibus corruptum, muta-  
ri in aliud apicum est: preterquam triticum, atque or-  
deum, quæ mutari in lolium afferunt, magisq; triti-  
cum. Idq; imbribus frequentantibus fieri, & præcipue  
locis humidis, & imbre longe dilutis.

**D**e lolio, auena, & ui ciœris . Quod legumini-  
bus solum conueniat. Sesamam uiridem nullum  
animal mandere, nec etiam lupinum . Item reme-  
diu m ne luxurient fruges . Quid Thessali , quid  
Babylouij in vondendis segetibus faciant.

## CAPVT

## VII.



Olium autem uernum nequaquam es-  
se, quemadmodū reliqua herba, quod  
quidam affirmare conantur, rationi-  
bus illis constat: Confestim enim hyeme  
incunte id exortum patescit , multisq;  
differt: Habet nanque angustum folium, & pilosum,  
& pingue, eiusq; peculiare pinguitudo notatur: pilosi-  
tas enim auenæ etiā datur. Hoc igitur proprium eoru[m]  
animaduersum est, atque etiam lini . Nam uel ex hoc  
ipso lolium fieri uolunt. Cicer autem à cœteris legumi-  
nibus propria illa distinguunt, quod de floris prouentu  
retulinus, & quod fructum celerrime perficit , quo-  
niam firmissimum, & lignosissimum constat : atq; in  
totum noualibus inceptum præ sua edacitate est. Herbā  
eneat

eneat omnem, & maxime, ac celerrime tribulum. Ad summam, nec solū quodlibet ferre id legumen potest, sed nigro quodam, crassoque opus est. Fabam ex cæteris nouale optimū præstat, quānus frequens scratur, fructūmque ferat copiose. Aquas quoque fluentes his magis prodeſſe, quām cœlestes affirmant.

Panicum, & milium munus aquarum indigent: Nam cum plus habent, folia dimitunt, sed ualidius milium, dulcius panicum, quanquam infirmius est. Sesamā uiridem nullum animal mandit, neque lupinum. An uero neque trionum, neque geminalem, querendum: Nāea quoque amara sunt. Trionum sesamæ simile constat, & pinguis culū est. Geminalis cuminacū quodam est, atque nigrum: seritur cū sesama. Sed de his scrutari arctius sanè conuenit. Terris autem frugibus ne luxurient, folijs depasare, atque tondere agricole solent: quod uel in Thessalia factitatur quotannis. Euenit autem ut depasta quidem etiam quoties libeat, fructum nihil mutent: Retonsum uero etiam semel triticum degeneret, & longum sine ulla crassitudine surgat, quod camatiam uocant. Nec satum id ad naturam pristinam redire posse autumāt, sed hoc per quam paucis euenire Thessali aiunt. At apud Babylonem semper, & quasi ordinate bis tondent, tertio peus admittunt. Sic enim caulem mittit, alioqui folijs tantum laſciuit. Et neglegentius quidem colentibus, quinquegesimo cum fœnore messes redduntur: diligenter uero cum centesimo quinquagesimo. Cultus autem

autem , cum quamdiutissime aqua intermanferit , quò scilicet multum materiæ producatur . Cum enim ea terra crassa , spissaque sit , raram , atque solutam reddere opus est . Sed materiam , herbānque , quam Aegyptus gignere natu est , illa minime fundit . Igitur hæc uirtuti tractus attribues . Multis autem locis uel ex radicibus triticum , atque ordeum anno postero exit . Quin et eodem primo anno , ex ijs , que grana uenundandi secantur , altero culmo adnascente profilit . Simili modo et si concreuerit hyeme , pluuijs enim secatis seges restibilis redditur . Verum talium spica imperfecta , pusillaque extat . Excunt anno sequenti etiam , seminibus depresso , concavatisque , ut nihil quasi appareat : uidelicet cum transiente exeratu , semina concassa in terram corruerint : Necnon et eorum , quos agnos uocant . At in leguminum genere , aut nullis uis fadiendi quicquam eiusmodi datur , aut arte non eque . Et germinationes quidem tot modis fieri solent .

**Q**uid ad incrementum frugum plurimum iuuet : inde proverbiū , Annum fructificare , non tellurē : frumentis et reliquis herbis præterquā filia utilē esse stercoreationē . Quid eneāt medicam . Semina item peregrina in uernacula transfire , atque tum cultura , tum natura terre meliora , deterioraue fieri : quod genus a-

plan

ptum sit transire in aliud , atque nasci inter alia  
gaudeat.

## CAPVT

VIII.



Dincremētum autem, alimentūnque plurimum quidem cœli temperies, atque in totum anni conditio iuuat. Imbris enim, serenitatibus, hyemibusa que opportune secutis, omnia feracis, permultisque fœcunda redduntur: etiam si sata sint salsis, ac tenuibus solis. Quamobrem non perperam prouerbio dicitur, Annus fructificat, non tellus. Verū & terræ ratio multum refert, non solum quod cras sa, uel tenuis, & roscida, uel squallida constet, sed etiam cœli ambiētis, & flatuum aera: quædam enim quamvis tenues, uitiosæque sint, probe tamen fructificant: quoniam commode ad maritimos iacent flatus. Sed alij alijs commodi occurruunt (ut sœpe iam dictum est) quippe cum alijs fauonius, alijs aquilo, alijs austro proficit. Cultura quoque haudquam parum conferre perapit, præcipue fermentis. Exulta etenim terra facile profert. Quin & simus magnopere adiuuat: calefacit enim & concoquit. Quæ namque stercoretur, festinantius, quam steroris indiga, uel uiginti dies erumpunt. Sed non omnibus stercoratio prodest. Utiles non solum frumentis, uerum etiam reliquis herbis, preterquam filici est: Hanc enim simo superinfecto interire affirmant: interit, & pecore incumbēte. Quin & medica quæ uocatur, stercoris, & urinæ causa perit, ut quidam dixerit. Quodque autem semē na-

ture


tur et temporis certe conuenit, atque in totum generi, genus certum respondet, etiam inter ipsa unigena, quae discernere autores conantur. Semina peregrina intra annos tres, cum plurimum transseunt ad uernacula: Expeditque ex apricis ad paulo minus aprica, & ex frigidis pari ratione transferre. Translata ex locis hibernis, eruptionem in praecocibus prorogant. Quia propter squallorem intereunt, nisi pluvia serotina seruauit. Ob id cauendum censem, peregrina uernaculis permisari, nisi ex solo simili migrarint: Nam ut loca in serendo, oriendoque in iuuenie discrepant, ita cultura egeant diuersa necesse est. Ad hec differentias telluris, ac uiires seminum, atque etiam singulorum tempora obseruandū. Cum uero prospere tempora anni successere, semina uel grauiora, suauioraque redundunt. Athenis itaque ordeum, quod farinae partem maiorem confiat, (is enim ager ordeum eximie fert) non cum plurimum fuerit, sed cum quandam temperiem obtinuerit, commendandum euadit. In Phocide uero circa Elatiam non solum ordeum, sed etiam triticum optime redditur. Et apud alios alia, ad quae soli cuiusque natura ualeat. Ergo semina meliora, deteriora tunc cultura, tunc terra natura fieri possunt. Sylvestrēscunt enim, māsuecantq; modo arborum, atque in totū per multa tellure protinus uti arbores deterius uenient. Genus autem, quod totum transfire in aliud aptum sit, nullum praeterquam tipham, & semen comperies, si autem inter primas disputationes proposui: Necnon & lolium

iolium ex tritico, & ordeo corruptis ensatur. Vel si id minus, nasci quidem inter triticum solitum esse, nulli dubio est: ut etiam ponticum illud triticum atrum cognominatum, & semen bulborum, & cetera que nasci inter alia semina solent. Nam & auena magis in ordeo exire uidetur, & in lente aracus res scabra, & dura. In aphacis autem securina securi simulis. Atq; in omnibus ferè mest, quod simul alatur inter misceruntur, seu ratione telluris, quod nō inepte putaueris, seu ob aliquā aliā causam. Nonnulla etiā manifeste cōmunitia plurimū erūpunt. Sed quoniam plus inter aliquas ualeant, propria eorū putantur: exempli gratia, crista uaga erui, & lappa lentis, quod altera eruuum potissimum uincat causa imbecillitatis, altera inter lentem maxime coalescat, que quidem eruange proxima est. Et enim pari modo aggreditur, & herbam totam ueluti brachijs capessit: nec secus angit, atque obstrangulat. Quod autem statim ab radice cumino, & feno græco subnascitur, & hæmodorum uocatur, unicaule cōstat, nec absimili caule surgit: uerum longe breuiori, & modo capitis superne quiddam gerente: radice autem subrotunda innititur. Nullum, feno græco excepto, inarescit solo tenui, nec illo pacto pingui haec prodeunt. Ut in Eubœa apud Lelantum quidem nasci omnino nequeunt, apud autem Canebum, & si quis aliis eiusmodi locis sit, nimurum queunt. Igitur ea tametsi cōmunitia plurimū excant, tanē inter predicta infirmitatis causa dominari facile possunt.

¶ De

**C**octibili legumine, & incoctibili. Triticū bonam terram exposāre, ordeum uel in graciōre solo proficere. Cur stercorari terram à faba putetur, itē de semine quam spelta nunc dicimus, necnon de bromo, silagine, tipha, auena, lolio, sesama.

## CAP V T IX.



○ Etibile autem dici quidem de leguminibus tantummodo solet: Verumta-  
men & in frumentaceis idem, aut pro-  
ximum euenire non absque ratione  
putaueris. Sed quoniam usus non idē  
fit, non eque percipi potest, neque in omnibus legu-  
minibus ex equo sentitur, sed præcipue in faba, & lē-  
te: seu quod hæc maiorem in modum affici apta sint,  
seu etiam, quod propter frequentiorem usum magis  
appareant, largius itaque fieri solet. Sunt enim loca  
permulta, quæ semper coctibilia ferant, & alia quæ  
incoctibilia. Sed omni quasi ex parte loca tenuia co-  
ctibilia potius reddunt: Cœli quoque conditio mu-  
tationem ciuiusmodi afferre nimirum potest: argu-  
mentum, quod eadem segetes aliás coctibilia, aliás  
incoctibilia reddant. Faba apud Philippos cum uen-  
tilatur, si ab afflatu incola perfletur, si coctibilis  
est, fit incoctibilis. Hec igitur multifariam rem  
istam posse fieri monstrant, quandoquidem &  
segetum nonnullæ conterminæ inter se, si unque  
similem obtinentes, nec ullam telluris differentiam  
sortientes.

sortientes, non pari modo fructificant, sed hæc coctilia, illa incoctilia parit. Idque agitur etiam sulco tantum nonnusquam segetes discernente. Frustratur potissimum terra triticum: tum ordeum: quamobrem tritum terram bonæ frugis exposcit, ordeum uel in gracili solo proficere satis potest. Cær inter legumina maxime terra potitur, quanquam in ea minus temporis maneat. Faba, (ut dictum est) cum alijs molesta minime est, tum etiam tellurem raritatis suæ, ac putredinis causa stercorare putatur. Ob id, qui circa Macedoniam, atque Thessalam colunt, cum fabæ florent, arua inuertere consuecrunt. Inter ea, que tritico, & ordeo similia constant æu semen, tipham, siliginem, bromum, auenam, robustissimum & maximè terræ extenuans semen redditur: quippe cum radix ei multiplex, atque alta, culmùsque numerosus constet: sed fructus facilimus, omnibusque animalibus gratissimus est. Inter reliquas bromus radice numero siore cōsistat: is enim multis dispergitur culmis. Siligo prædictis mollior, atque infirmior est. Tipha omnium leuissima cōstat: nā & in simplici culmo assurgit, & solo proinde tenui contenta est: nec ut semen, pingue, & latum desyderat. Sunt duo illa, semen & tipha per quam similia tritico: Auena uero, & bromus ueluti sylvestria quedam, & immixta constant. Auena quoq; terram uehementer extenuat, & multiplici tum radice, tum calamo conditur. Lolium sylvestre penitus est. Omnium autem que æstuis sementibus ager recipit, sesama

sesama terræ molestissima esse, plurimamq; posse extenuare putatur, ut poterit multipliciori, crassiori q; calamo, & numerosiore constet radice, quam militum. Sed quæ terræ, quæq; homini ratione cibi facilitantiamus, differre inter se planè uidetur: quædam enim è contrario facilitia ueniunt, ut legumen, ut militum: adde si quid pro usu hominum facilitatem è diuerso, quam pro usu cæterorum animantium sortiri appearat.

**D**e uitijs frugum, & bestiolis nocentibus: tñ quæ fruges plurimum, et quæ minimum durët. Item à rure rus, & cœlum à cœlo differre.

## C A P V T. X.



Eminum autem uitia quædā omnibus communia ueniunt, ut rubigo: quædā propria datur quibusdam, ut tabitudo radicis ciceri, & uricaru infestatio: alijs etiam pulicum bestiolarum erosio, nonnulla etiam scabie, atq; falsagine pereunt, ut cumintu. Animalia uero si non in ijs ipsis gignantur, sed extrinsecus ueniant, non æque officiunt. Nascitur enim in tritico cantharis, & in eruo phalangiū, et in alijs alia genera. Rubigines, (ut simplicius loquar) in frumentaceis magis, q; leguminibus: inter frumentacea ordeū magis, q; triticum sentit: & inter ordea aliud plus, aliud minus, sed præcipue dixerim achilleis. Nec segetum situs, naturaque parum refert: tractus enim excelsi, perflatique, rubiginem nullam, aut mini-

t manu

mam sentiunt. Concaui & flatibus nullis expositi cōtra frequentissimam habēt: Gignitur hec plenilunio. Maxime intereunt uel a flatibus triticum, atque ordeum, cum aut florentia perflantur, aut flore dimisso protinus in firma concutiuntur: sed ordeum magis ita perire certum est: sepe etiam cōcrassescunt. Si uehementius, diutiusque flatus inuaserunt, exiccantur, & penitus inarescunt, quod quidam euentari dixerunt. Sol quoque ex nube ambo ista interimit, sed triticum magis, quam ordeum: & ita ut quanquam spicæ exinanita sit, uisu tamen percipi minime possit. Triticum uel uermiculi enecāt, alij protinus nascens erodentes radicibus, alij cum squalentes absolui nequeunt: tunc enim uermiculus culmū usque ad spicā eredit: dein alimento consumpto, emoritur. Et si totum erosit, triticum ipsum omnino interit: si uero alteram tantummodo culmi partē, frugēmque fundēdam eat, nus uiolauit, id quidem spicæ pereat necesse est: reliquum autem incolore extat. Euenit hoc in tritico nō omnibus locis, ut in Theffalia, sed paucis quibusdā, ut in Africa, & in Lelanto Eubœa. Vermiculi uel in ciceris, & cicerculis ipsis gignuntur, cum secutis imbris calo repentinus humorem incluserit, quemadmodum in ciceribus nasci uricæ solent. Qui autem alimenta sua consumperint, tam in herbis, quam in fructibus pereunt, ut impes: & qui fabis, reliqua que innascuntur, ut de arboribus, & lignis retulimus: exceptis qui cerastæ uocantur. Igitur ad hec omnia

omnia tractuum natura plurimum refert, nec temere: Iam enim cœlū diuersum caliditate, aut frigiditate, aut humiditate, aut siccitate constet: hoc autē frumentus reddere, consumareq; potissimō patet. Quapropter quibus locis fieri solent, non semper fiunt. Seminibus autem non uis eadem ad germinandū, ac reservandum utique datur. Quædam enim germinant, cōsumanturq; celerrime, & reseruari egregie possunt, ut panicum, & milium: quedam germinant qui dem, sed non celeriter, cœu faba, & præcipue, quæ coctibilis. Pereunt celeriter aphaca, atque siliqua: ordeum celerius, quam triticū: & puluerulentum celerius, quam purgatum: & quod in horreis calce levigatis conditum est, quam quod in non ita levigatis: Corruptis itaq; animalia propria gignuntur (ut dictum est) cicere excepto: Id enim solum gignere animal nullum potest. Et putrescentibus quidem omnibus uermis consistit, Contusis autē sponte ut sit, singulatim propriū quiddā gignitur. Cicer, et eruū omnium maxime durat. Lupinum longe ijs diuturnius est: Sed hoc quodammodo pro sylvestri habetur. Differt etiam rūs a rure, & cœlū a cœlo ad seminū corruptionē, cōseruationē: itaque apud Appolloniā maris Iōnij fabam nullo pacto corrodi aiunt: Ideoque reservandum reponi. Quin & circa Cizicum diu durare potest. Meterc quoque tosta plurimum ad diuturnitatem sanè facit: sic enim humoris minus relinquuntur. Metunt uegetiora legumina, quidem, quò plus t iij faciliusq;

faciliusque legere possint: celeriter enim defluunt, et arefacta franguntur. Triticum uero, & quoddam ordei genus non penitus exiccati patiuntur, q; ad redendam farinam, meliora minus arefacta putantur. Quia de causa in aceruos, tam triticum, quam ordinem componere assolēt: uidetur enim in aceruo crasse screare potius, quam attenuari. Frumentū nequaquam corrodī potest, cum admissō imbre prouenerit. Triticum in spica nondum messum durare maxime potest: atq; etiam magis lupinum: Nec enim id metūt prius, quam imber incesserit: quoniam inter metendum, exiliat, atque ita pereat semen.

**A**nniculum semen optimum ad sementem. Dea que Lupino, & auena.

## CAPVT

## XI.



D exortum autem, uniuersāmque sementem, semen anniculum, optimum putatur: bimum deterius, & trimum: quod autē ultrā acceperis, sterile ferme est, quanquam ad usum cibarium idoneum constet. Omnibus enim ad generandum uita data est definita, licet ea quoq; viribus inter se diffrerant, locorum scilicet causa, quibus condantur. Quamobrem Cappadociæ loco quodam Petra uocato, uel quadragenos annos fecunda, & ad sementē percommoda durare proditum est: sexagenos autem & septuagenos ad usum cibariū seruari posse idonea. In totum enim corrupta ea nunquam referunt, quamuis

quamvis uestem, reliquāmque gazam, corrumpi posse concedant: Locū etenim istum cū aliās excelsum, tum flatibus esse apertum: & auris ab exortu, occasu, meridiēque editum. Feruntque & in Media, reliquisque excelsis tractibus condita diu perdurare uale. Sed cicer, lupinum, cruum, milium, & reliqua id genus longe diutius: quod etiam locis Græcie fieri potest. Sed hæc locorum propria sunt, ut suprà iam dimicimus. Creditur et terram apud quosdam haberi, qua illitum triticū seruari unice potest: ut quæ apud Olym thum, & Eubœe apud Cerinthum effoditur. Reddit hæc triticum deterius quidem ad usum abarium, sed aspectu crassius facit: sextarium ad modium illinire solitum est. Quodque autem semen feruefactum perit, ac sterile redditur: Quanquam sunt, qui ordēnū, & triticum apud Babylonem resilire in area, modo eorum, quæ friguntur, enarrent. Sed enim caloris differentia quedam profecto intelligi debet: Et communia quidem hæc quasi omnium, aut plurimorū appareant. Quedam uero ex ijs, quæ sylvestria quasi putantur, proprietatem quandam tum in generatione, tum in germinatione sortiri planè uidentur, ut lupinum, atque auena. Lupinum enim licet robustissimum sit, tamen nisi protinus ab area terræ mandaue ris, male proueniet, quemadmodum dictum est. Atque in totum condi hoc legumen subter terram recusat: Quia de causa ne subarantes quidem id serunt, & sepe si in materiē, aut herbam prædens am quampiā  
t iij incidat,

incidat, eam uisumma impellendo diducit, radicēque terrā cōtingit, et germinat. Solū arenosum et uito-  
sum potius poscit, atq; in totum cultis prouenire non  
mult. Auena édiuerso : cultis enim melius hæc erūpit.  
Et nōnusq; que prius germinis infœcunda esset, si di-  
ligēter colatur, germinat, copiosāq; redditur. In vitiū,  
solū hæc frugale desyderat. Peculiariter illo à cæteris  
frumentaceis hæc discerni putatur, quod annis alternis  
utruq; semē aptū sit prouenire. Quāobrē, qui cā dele-  
re penitus uolunt (Deleri enim percontumax est) sege-  
tes annos duos laxat à satu; Cūq; plene diffusa in her-  
bā est, peccus sēpe impellunt, usque dum penitus depa-  
scatur. Idq; planissimum eius exitium fit, quod simul  
et alternatam eius germinationem testatur.

THEOPHRASTI

THEOPHRASTI DE HI  
STORIA PLANTARVM  
LIBER NONVS.

**D**e humore, & sapore plantarum: deq; gumma, & lachryma: quodq; lachrymis & thus, & myrrha & balsamum, & mastica annuerentur: tum de cardui, pinee, equapij, laserpitij, uitis lachryma.

## CAPVT

## I.



V MOR Plantæ, quæ non nulli succum nomine publico appellant, uires pro cuiusq; plantæ ratione fortitur. Sapori humorē aliū magis, aliū minus consequitur: nec omnibus inesse appareat, ita exīlis, & dilutus quidā in plenisq; sentitur. Humor igitur plurimus omnibus, cum germinare incipiūt: sed ualidissimus, maximeq; suam naturam ostendens, cum iam, & à germinatione, & à fructificatione cessarunt. Accidit uero, ut uel proprium succi colorē plantæ nonnullæ fortiantur: alijs enim albus, ut lactuosis: alijs sanguineus, ut ceuterie, & spine, quam agrestem fusum appellant: alijs uiridis, alijs alias color. sed planius hoc in annuis, et annicauilibus, q; in arborum genere. Humor autem ipse quibusdam crassiudine tantum cōsistit, ut lactuosis: t iiii quibusdam

quibusdam etiam in lachrymæ modum gignitur, ut  
abieti, pino, terebintho, larici, piceæ, amygdalæ, cerasæ  
so, pruno, iuniperò, ulmo, spinæ ægyptiæ: nam ea quo-  
que fert gumman, uerum non ex cortiæ, sed in uase.  
Adde illas, quæ thus, quæ myrrham prestant: lachrymis  
enim hæc quoq; annumerantur. Ad hæc balsamum, &  
chalbanam, & si quid aliud simile sit. Qualem etiam  
spinam indicam reddunt, ex qua illud myrrhe simile  
gignitur. Consistit & in lentisco, & in spina ixina di-  
cta lachryma, quæ masticam reddit. Hæc autem omnia  
& ferè quæcumque aliqua pinguedine constent, odo-  
rata esse notantur: quæ contrà pinguedine carēt, hæc  
sine odore proueniunt, ut gummi, & amygdale la-  
chryma. Quin & pinea carduus, quæ in Creta insula  
exit, habere lachrymam dicitur: & hyrci spinam ap-  
pellatam addunt. Hæc antea nasci tantum in Creta  
putabatur, nunc uero in Achaia etiam Peloponnesi,  
& alijs locis, & Asia circa Mediam comperiri certū  
est. Et eorum quidem omnium lachryma in caulis,  
caudicibus, ramisq; consistit: quorundam autem in ra-  
dicibus, ut equapij, & scammoniæ, & aliorum multo  
rum uim medicam gerentium. Nec desunt, quæ tum in  
radice, tum in caule habeant: Caulem enim & radicē  
nonnullorum liqueare consuevere, ut etiam laseris. Er-  
go equapij lachryma myrrhe similis constat: quamob-  
rem cum quidam hinc nasci Myrrham audiuerint,  
equapium apud se prouenire putarunt. Seritur equa-  
pium etiam sua lachryma, ut lilium, & alia quædam:  
laserpitij

laſerpitiſ lachryma gūſtu uehemens modō ipſius laſer  
pitij conſtat. Quod enim laſer uocant, lachryma eſt.  
Scammonia & reliqua huiuscemodi, uim medicam (ut  
retulimus) ſortiuntur. Ex p̄dicitis autem omnibus,  
alia ſponte conſiſtunt, alia in aſura, alia modo utroq;. Cæſura ſciliæt capiuntur que utilia, magisq; operæ=preſciam ſunt. Quapropter amygdalæ lachrymam nul=lus extrahit, nulla enim in re utilis eſſe potest. Quibus concretio ſponte conſiſtit, hiſ fluxus humoris largior prodiſ. Non eodem tempore omnium in aſuræ, atque concretiones notantur. Sed uitis lachrymam conſiste=re potiſſimo aiunt, ſi paulo antè germinationem ceda=tur. Autumno uero, & hyeme incipiente, minus. Quā=quam ad fructificādum, & tempeſtive quidem, maio=re ex parte tempora illa ſtatuuntur.

**C** De cæſura ad resina, quoque modo resina fiat.  
Item de pie.

## C A P V T

II.



Erebinthum, & pinum, & ſi que resi=nam alie faciant, cedendas poſt ger=minationem affirmant. Ad ſummam cæſura earum, non annua, ſed poſt plus temporis fieri ſolet. Thus, atque myrrham ſub Cane, feruentiſſimisque diebus incidi re=ferunt. Sic & balsamum, quod in Syria naſcitur. Sed diligentior, parciōrque cæſura eorum infertnr. Humoris enim confluuium parcius accedit. Quorum autem

autem & caulis, & radix inciditur, horum caulis ante  
ferrum recipit, & laeseris. Eorum denique succum  
alterum cauliam, alterum radiciam uocant. præstans  
tior radicias est: purus enim, translucidus, & siccior,  
caulis uero humidior, & ideo farinam ei inspergunt,  
ut satis coagulari possit. Incisuræ tempus idoneum Poë  
ni nouere. Laeser enim illis legendum natura largita  
est. Quin & radicum cæsores, & qui succos medicos  
legunt, caules liquare ante solent. Ad plenum uero,  
& qui radices, & qui succos legant, omnes tempus su  
um cuique obseruant: ergo commune id esse omnium  
constat. Resina uero in hunc modum fieri solita est.  
In pino quidem ubi iam uulnerata arbore, teda detra  
cta est, resinam hauriunt, sic enim in uulnus inuestiu  
humor copiosior confluit, in abiete uero, et picea cum  
lignis degustatis uulnus intulerint, haud enim quam  
que secretiorem modo eodem agi mos est. Vulnerant  
enim & terebinthos parte utraque, caudice scilicet et  
ramo, sed copiosior & melior, que in caudicem de  
fluit. Differunt etiam arborum ratione. Optima enim  
que ex terebintho, spissa nāque & leuisima, & odo  
re gratissima est, uerum paucā, secunda que ex abiete  
& lalicē, & picea, leuior enim, q̄ quæ ex pino. Copio  
sissima, & ponderosissima, & picosissima, quæ ex pi  
no. teda enim pinus referta est. Portatur utribus liqui  
da, dein sponte, quo nunc cernitur modo, spissatur.  
Quāquam terebinthum etiam piæm apud Syros lar  
giri affirmant. Est enim mons, (ut inter superiora re  
tulimus)

tulimus ingens, terebinthis amplissimis totus repletus.  
 Quidā & piceam, & cedrum, & palmam addunt.  
 Sed hoc quia rarum, pro contingente potius accipi debet. nam qui Macedoniam colunt, ne pinum quidē piatis gratia urunt, præterquam mārem. Sterilem enim mārē nuncupant. Fœmine uero radicem tantum acq̄piunt.  
 Omnis etenim pinus teda radice ingerit. Pix optima purissimaq; quam loca admodū apriæ, & aquilonia præbēt: contrā quā opaca, horridior limūq; referens, locis enim admodū depresso, atq; opacis, nec ullo quidē pacto pinus exire potest. Est præterea sterilitas quædam fertilitasq; tum copiae tum bonitatis: Quippe cū mediocri hyeme copiosa, & bona, & colore cādidiō reddatur, aspera uero pauca, atq; deterior. Quæ quidem copiam, & bonitatem picis definiunt, non larga fructificatio pinorum. Idæi qui pinos discernunt, & aliam idæam, aliam marinam cognominant, piæm fieri aiunt ex idea largiore, nigriorem, dulciores, in totūq; faciliorem, & odore gratiorem, dum cruda sit decocta enī in minus contrahi, quoniā plus habeat se ri: Quāobrem etiam tenuiorem hanc esse addunt. Ex marina autē flauiore, & crassiore scilicet crudam, ita ut decoctio minus auferat. Sed tedatiore idæa tradunt (utq; simplicius loquar) tantudē teda, plus dilutius pisces imbribus frequentatis, q; squaloribus reddere uolunt. Et ex hybernis, opacisque locis plus, quam ex apricis, serenisque. Hec igitur ita Idæi, atque Macedones asserunt. Replentur cana plagarum uidelicet in tantum

tantum, ut iterum pix extrahi possit. Frugalis pini, anno proximo, mediocris: secundo, uitiosa: tertio, repletio non coitu ligni, sed incremento picis conficitur: lignum enim in hac arbore coire, iterumq; unum refici nequit, sed confectio quidem picis reddi post tantum temporis solet: necesse autem ligni quoq; agnationem fieri quadam. Siquidem detracta, deustaque teda, effluvium euenire picis solitiæ est. Id igitur acipi ita decet. Idæi ubi arboris caudicem cortice dispoliarint, quod parte solari, binis, aut ternis à terra cubitis facere consuevere, confluxum istuc fieri non sine teda uno cum plurimum anno affirmant. Idq; cum securi detraxerint, secundo iterum anno teda locum expleri, & tertio pari modo. Posthac ob eam paulatinam incisuram arborem extenuatam, putrefactamq; humi facile à flatu prosterni, tum eius cor extrahi (Hoc enim tedam maxime præfert) necnon & radicem effodi: Hanc enim omnibus tedam constare, ut diximus, sed hac in re probas quidem (ut dictum est) crebrius nullus accipere, deteriores uero longiori tempore post, & parte aliqua reseruata, plus temporis resistere posse. Tota uero detracta minus consentaneum prorsus est, ternas tamen detractiones eiusmodi maxime arbores tolerare posse uidetur: non simul & fructificat & tedificat pinus, sed protinus nouella fructificat, multò autem post facta uetusior tedificat.

Quæadmodum

**T**Quemadmodum pix uratur, fiantq; carabones. Item de thure, et myrrha. Cap.III.



Icem urere hunc in modum consueuerunt, cum locum æqualem præparauerint, & ueluti area facta concursum habente, in mediū diligenter paumentarint, truncos perfissos cōponūt. Proxime sanè cōpositioni carbonē faciētiū, præterq; sine fossa opus perficiūt, lignis erectis, & inter se cohārētibus, ita ut altitudinē aſidue pro multitudine capiat. Quos fieri aiūt cū cōpositionē descripserūt arcuitu cētenorū actuagenorum cubitorum. Altitudine uero cum plurimum sexagenorum, aut centenorum & quinquagenorum ambabus, si teda pinguis sima sit. Cum igitur tedam ita construxerint, & materiam pertexerint, aliqua terra superinfusa undiq;, summa cū diligentia occultant, ut ignis nulla ex parte emicare possit. Pix enim peribit, si id acciderit. Succendunt autem per aditum relictum. Dein eam quoque partem ſtipant materie, & obſtruunt terra. Reliquāq; omnes obſeruāt, & quacunque fumum protrudi uiderint, ſalis scandētes, terram aſidue infundunt, quō nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis uero per medium ſtructus aceruum, picem fluentem in foueam ducit. Cubitis circiter quindecim ab aeruo pix effluens tactu frigida fit: uritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum. Saepē enim poſtridie

ante

ante solis oarsum exusta iam est, rogūsque cessit. Id enim euenit cū nihil reliquū est, quod amplius fluat. Totum autem tempus, quo teda uritur, uigilantes obseruant, nequid ignis erumpat, & sacrificant, atque concelebrant precantes, ut pix sibi copiosa, bonaque benignitate fiat deorum. Macedones hoc modo ureare assolent. In Asia uero Syros non detrahere tedam aiunt, sed in arbore ipsa adurere instrumento inuestito quodam industrie fabricato. Hoc enim partem unam accendi, qua liquefacta, aliam, atque aliam uice pari successionis ignē recipere. Finis autem operis, & cessandi indicium, cum sciliæt nihil defluit, Terebinthos illi, (ut superius exposuimus) urunt: pinum enim nequaquam Syria fert, Resina, & pix hoc modo fieri solent. De thure, & myrrha, & balsamo, & si quid aliud simile cōstet tam incisura, q[uod] sponte prodire posse, dictum iā est. Nunc quæ in ortu, collectu, reliquisq[ue] propria eorum possint intelligi, explicare tentabimus. Et reliqua quoque odorata, quoad fieri possit, persequemur. Quæ omnia uel maxima quidem ex parte locis meridiei orientiq[ue] datis, proueniunt.

**V**bi thus, myrrha, casia, cinamomū signatur. Itē arborē thuris omnē penitus aspernari culū. C. IIII.



Ignitur ergo thus, & myrrha, & casia, & cinamomum regione Arabum media, circa saba & adramyta, & atibena, & mamali: & exēnt thuris, myrrhaq[ue] arbores aliæ super montē, aliae

alie in pede montis culturis proprijs: quamobrem alie coluntur, alie uitam agunt incultæ. Montem istum prealtum affirnant, & ningi solitum, amnes quoque de eo in plana fluere, arborem iheris non magnam, sed quinis ferè cubitis attolli, permultosque ramos gerere ferunt: folium piri, nisi quod multo minus, & corollæ plenè herbidum modo rutæ, corticem leuem omnè ex parte lauri modo. Myrrhæ minorē etiā altitudine, fruticosiorēmq; narrant, caudice duro, contortoque iuxta terram, crassiorique sura hominis, cortice leui, similique potulacæ: alij uero, qui se uidisse affirmant, de magnitudine ferme consentiunt. Neutram carum arborum magnam referunt, & minorem myrrhæ, humiliorēmq;. Sed thuris folium laurinum, læque. Myrrhæ aculeatum, non læue, ulmeo simile. Crispum tamen, extremò spina horridulum, ligneti modo. Idem ea navigatione, qua ex sinu heroum uehementer egressos sese aquam in monte quesisse dixerat, atque ita uidisse has arbores, & lectionem notasse hoc modo abaru: & caudices, & ramos inasfos quidē, sed alios ueluti securi percussos uideri, alios teniuiores inasuras habere: & lachrymam aliam decidere, aliā arbori inhærere: nonnusq; etiam subiectas tegetes ex palmis contextas, alibi solū tantummodo circumpaui metatu. Et purū ihus, quod tegete excipetur purū esse, atq; perlucidū, quod terra, minus: quod arboribus inhæreret ferro depecti, & corticem ideo nonnullis adiungi. Montem autem uniuersum fabæis diuisum.

diuisum dixerunt. Hos enim loci illius dominos esse, ius  
stitiaque mutua degere, quamobrem nullum suas ar-  
bores custodire: unde et thus, myrramque sese large  
ad naues solitudine deportasse narrarunt. Illud quoq;  
idem se audiuisse dixerunt, myrrham, thysque collectum  
undiq; ad Solis delubrum conuechi, quod Sabaeorum esse  
factissimum inter omnia regionis illius: custodesq; Ara-  
bes armatos habere, quibus siugulos suum thus acer-  
uaturn, et myrrham eodem modo relinquere, posita su-  
per aceruum tabella, litteris significante numerum  
mensurarum, et preium, quod pro singulis mensu-  
ris ponendum sit. Mercatores uero, qui uenerint, ta-  
bellas aduertere, ciusque quod placuerit acta mensu-  
ra preium in eodem ponere loco, unde merces acce-  
perint: sacerdotem deinde uenire, partemq; tertia pre-  
cij, Deo accepta, reliquum ibidem relinquere: idq; sera-  
uari tutissime dominis, donec acceptum uenerint. Alij  
thuris arborem lentisco similem prodidere, et fructum  
quoque lentisci, folium subrutilum. Thus recentium ar-  
borum candidius esse, minusque odoratum: ueterum  
flavius, odoratusque. Myrrae autem arborem tere-  
bintho similem reddidere, sed scabriorē, spinosiorē  
que: folium paulo rotundius, gustu proximum tere-  
bintho. Earum quoque ueteres præstantiores haberi.  
Ambas uero nasci in eodem loco terra subargilia, et  
scabulosa, et aquas fonte fluentes raras admodum co-  
periri. Hæc ergo illis repugnant, uidelicet ningi, et  
imbribus perlui, et amnibus locum illum exhilarari:  
arborum

arborum tamen istam simile terebintho constare quia  
dam alij tradunt, nec desunt, qui terebinthūcam esse  
omnino putēt. Arabes enim, qui thus aduexere, ligna  
huius arboris Antigono attulisse aiūt, quæ nihil à te-  
rebintho differrēt. Sed hi quidē altera quoq; ignoran-  
tia quidē longe maiore laborarūt: Thus enim, et myr-  
rhā nasci ex eadē arbore putauerunt. Quamobrē ue-  
risimilius illi narrarunt, quos ex herōū oppido profe-  
ctos nauī retulimus. Nam & arbos thuris, quæ super  
Sardes, apud delubrū quoddā surrexit, fronde lauri  
constat. Siquidem ex eadem ducere argumentū cōue-  
niat, quoniam eius thus tā quod caudice, q̄ quod ramis  
excerpitur proximū, & uisu, & odoratu, cum ardet  
aduecto thuri percipitur. Sola hęc arbos omnē peni-  
tus cultum apta est aspernari, ac suauius quidem ihys  
in Arabia nasci referūt, sed melius in vicinis insulis  
in his enim et figurari in arbore posse, qua forma uo-  
lueris: & fortasse id quidē haud quicq̄ increibile sit.  
Siquidē pro incisura facta, figura thuris sequatur ne-  
cessē est. Quoddā adeò magna gleba consistit, ut mo-  
le sua manū implere, pōdere uero plus q̄ tertiā par-  
tem minē equare possit. Thus omne iners aduehitur,  
et aspectu cortici simile est. Myrrhæ, aliud stillatitiū,  
aliud fictitiū constat. Probatur melior gustu, ciūsq;  
norma concolorem accipiunt. De thure, & Myrrha  
hęc ferē ad hoc usque tempus accepimus.

**C** De anamomo, & casia:tum quid de cinamomo  
colligendo fabulētur. CAPVT V.

u De



E cinamomo, et casia illa narrat: fructum esse utrumq; non amplius, sed magnitudine amerinæ: uerum permultis, surculosq; ranis constare. Cinamomum decerpit in quinas partes discerni, & esse præcipue bonitatis, quod germibus proximū fuerit, idq; ad palmi longitudine cædi, aut paulo maius, Secundū qd sequitur, qd etiā minus cæsura est: Tertiū deinde, & quartū notatur: Ultimum uero, qd deterrimum proximūq; radici: Hoc enim minimum corticis habet, in quo summa gratia est, nō in ligno. Qua de causa preferri cacumina solēt, q; corticis plurimum habeant. Quidā sic aiunt. Alij uero ana momū frutico sum enarrat, eiūsq; genera duo: alterū nigrū, alterū cādidiū. Fertur & fabula quedā: Cōualibus enim exire id aiunt, in ijsq; serpentes plurimos cōuersari mortuum hominibus mortiferū inferentes, aduersum quos incolas septis manibus pedibúsq; descēdere, atq; ita legere cinamomum: qd cum deportauerint, toto in ternas partes diuiso, quodq; ad sole sorte illi cesserit, id solū relinquere, abeūtēsq; flagrans sponte illud confessim cernere. Sed hoc planè fabula est. Casia uero sarmēto crassiori constare, neruosāq; admodum esse uolunt, nec ullo pacto posse decorticari, ac eius etiā corticē esse utilē. Cū itaque uirgas secāt, lōgitudine binū digitorū, aut paulo aplores absindere, recentēque bouis corio eas persuere, tū ex eo lignis putrescentibus uermiculos nasci, q; lignū erodant:

dāt: corticē uero nullatenus tāgāt, ob amaritudinē, a  
crimoniāq; odoris. De casia, cinnamonōq; hēc referūt.

**D**e balsamo, quōdque non nisi uitiatū ad nos  
perferatur. CAPVT. VI.



Alsamū in ualle Syriæ prouenit. Eius  
arbusta duo tātū affirmant, alterum  
uiginti iugerū, alterū multo minus.  
Arboris magnitudo, quæ malo puni-  
ce magnæ: rami multi, foliū rutæ si-  
miles, candidū tamē, perpetuò uirens: fructus similis  
terebintho tā magnitudine, q; colore. Is quoq; admo-  
dū odoratus est, & magis, q; lachryma. Colligi lachry-  
mam in caudice, & parte supna tradunt: facta inci-  
sura unguibus ferreis, sub sydere, cum æstus maxime  
angit: collectū uero æstate fieri tota, sed quod manat  
multum nō esse: uix enim in toto die cōchā posse im-  
pleri. Odore tamē in ferri eximiū, & copiosum, adeo  
ut ex paruo spaciū per longū odor ualeat permeare:  
uerū syncerū ad nos nullū aduehi, sed quod mistū  
colligitur: Pluribus enim mistionibus uitiari, qdq; Græ-  
cie uenditur, sæpe adulterari. Quin & uirgas eiusdē  
arboris odore suauissimū præstare affirmant. Et qui-  
dē eas quoque amputari quotannis: partim ut reliqua  
ualentiora seruentur, partim ut emolumēti plus cōpa-  
retur: Vendi nāq; uel eas magno prætio posse. Quin  
etiam ad imbrem cultus eiusmodi causam referūt, quē  
crebro incidere asseuerant: Necnon & amputationē  
uirgarum causam nonnullam adiiciunt, ne magnæ  
u i j arbores

arbores fiant. Sequi enim ex crebra tonsura, ut uirgæ tantummodo mittantur, nec intendi ad unum uires arboris possint. Sylvestre balsamum nullū usquā cōpertum accēpimus. Impleri ex maiori orto uasa semichœda duodecim aiunt, ex altero uero duo tātum. uendi syncerum argento ad drachmam, reliquum pro modo adulterationis. Et balsamum quidem præcipuam quandam in odore naturam protulit.

**D**e calamo odorato, & iunco, et chalbano, comaco, cardamomo, amomo: qđq; hæc ferè sine qbus utimur ad unguēta, casia, cinamomū, cardamomum, nardus, nerum, balsamū, aspa lathus, styrax, cōsecratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, gladiolus, iuncus, calamus, sanfucum, lotus, anethum. Item de Iride Illyrica.

CAPVT. VII.



Alamus uero, & iuncus trans Libanum montē, inter ipsum Libanū, & aliū quendā montē paruum ualle minima excunt. Nō ut quidā dixere inter Libanū, atq; Antilibanū, inter quos cāpus amplissimus, & pulcherrimus est, quē Aulonē appellant. Qua uero calamus, & uincus proueniūt, lacus in amplū spaciatur, iuxtiq; eū palustribus siccatis isti assurgunt. Occupat locū plus, q̄ triginta stadia. Virides nequaq; esse uidetur, sed siccī: forma uero nihil ab alijs differunt. Locū ingrediēti protinus odor aspirat, nō tamē lōgius spirat, ut quidā referūt. Hic enim

enim locus à mari plus est, q̄ stadia centū quinquaginta. Sed in Arabia aspirationē agri odoratissimā esse inter omnes cōstat; quæ in Syria odore supuacuo sūt, hæc fermè notata habemus. Chalbanum enim grauius olet, et medicinæ potius cōuenit. Id nanc; in Syria na scitur ex Paco uocato. Cætera aut̄ odorata, quorū in unguētis usus, partim ex India Syris aduehuntur, ac inde mittuntur ad mare: partim ex Arabia deportantur, ut cinamomū, & casia; atq; etiā comacū: fructū, hoc aliū esse, quæ unguētis permiscere sūptuosissimis solēt. Cardamomū atq; amomū alij ex Media, alij ex India, cum nardo, & reliquis omnibus, aut plurimis aduchi narrant. Quibus ad unguēta utūtūr, hæc ferē sunt, casia, cinammomū, cardamomū, nardus, nerū, balsamū, aspalathus, stryrax, cōsecratrix, narta, costus ligusticū, crocū, myrrha, gladiolus, iuncus, calamus, sansucū, lotus, anethum. Horū alia radices, alia cortices, alia rami, alia ligna, alia semina, alia lachrymæ, alia flores. Et quædā multis in locis proueniunt, quædā in Asia tātum, & locis apricis, quæ scilicet supuacua maxime, atq; odoratissima sunt, quippe cū in Europa nihil præter cōsecratricē inueniris, quæ optima apud Illyrios exit, nō tamē pte maritima, sed mediterranea magisque ad septētrionē sita. Verū loci à locis diffērūt, ita ut producere meliore possint. Cultus nullus ei accommodatur, nisi q̄ ablaqueatā soleat resicare, radi culæ enim quas Thracia fert uidelicet, quæ odoris nar do similis est, & aliae quædam paruam, exilēq; odoris

u iij gratiam

gratiam habent. Atque de odoratis hactenus.

**D**e succis, et quādo, et quomodo fiat succatio, et radicidiū, necnō lactisuccatio, & liquatio. Caput VIII.



E succis, quæ superius nō diximus uires delicet si qui medici, aut alias quasdam uires sortiātur, nūc pari modo explicare conabimur: simūlque de radicibus differemus. Succoruū enim nonnullos premū ex radicibus certū est, & seorsum ipse per se multas, atque contrarias uires possidēt. Ad summā de omnibus medicamentis, ceu fructu, succo, folio, radice, herba (nā herbas quoque ex medicamentis quedā, herbarij nominant) uerba, quoad satis sit, faciemus. Radicū autē plures potētiae, et ad plura sunt. Quæruntur autē medicæ potissimum, ut utilissimæ, differētes & q̄ non ad eadē, et q̄, nō in eisdē uim habeant. In universū uero & in se habēt, & in fructibus, et succis, nonnullæ & in folijs: foliorū quippe uires plurimas, herbas ferè herbarij (ut dictū est) uocant. Radicū laetuosarū succatio estate semp ferè agitur, ptim in eūte, partim prouecta, sed radicidiū q̄q etiā fieri per messem tritici aliqua ex parte nō negent, tamen large autūno post arcturū facilitari affirmat scilicet postquam folia defluxerunt, et quorū fructus utilis sit prius, q̄ fructum amiserint. Fieri aut lactisuccatio solet, aut è caulinibus, ut lactariæ, & lactucæ, et partis ferè maxime, aut è radiibus, aut è tertio capite, ut papaveris: huic enim soli peculiare id quoque datur. Ergo q̄ busdam

busdā sponte sucus cōsistit, spissaturq; lachrymæ modo, ut in hircispina appellata: hanc enim cädere opus nequaq; est. At plurimorū succā per incisuram manet necesse est: quorū nō nullos statim in uasa colligūt, si aut lactarie, siue lactucæ caprinæ, uocatur hoc enim etiā nomine. Atq; in totum, qbus lactis copia sit, qbus autē minus, lana eorum succus excipitur, ut lactucæ. Quorundā nō lactis succatio, sed ueluti liquatio fieri solet, ut que urētes, aut torrentes, aquāq; infundentes exprimunt, atque ita stillamentum acipiunt. Enim uero minus liquoris, idq; siccum hæc habet. Est cæterarum quidem radicum liquamentum fructu infirmius, ac diutæ ualidius, et obitum facile, breuiq; affert, etiā si exiguum admodum potui detur. Quin & ad alios usus efficacius idem est, Thapsis quoque ualidius. Reliqua autē omnia debiliora longe deprehēduntur. Succatio tot ferē modis fieri solet. Radiadij uerò differētia nulla eiusmodi redditur præterquam tēporis ratione, ut estate, aut autumno, & qd has, aut illas succidi oporteat, exempli gratia. Ellebori imas, atque tenuiores, supernā enim in caput extuberantē, in utilē asserunt, & canibus dandam cum purgandum est. Et in alijs uerò quibusdam differentias tales assignant.

**Q**uid herbarij præcipiant secundis, colligēdisq; herbis: tum secando precandum deos, quidq; in precatione absurdum, atque in sectione adiectitum, ut de cauenda aquila, q; periculū seantibus immincat. CAPVT IX.

u iiiij Adde



Dde quæ medicamentarij, & herbarij partim forsitan recte, partim quorū suā ostentēt, ac predicent, adiungunt: Præcipiunt enim alias uento auerso secare sicuti & alias quasdā & thapsiam, corpore oleo peruncto: nam si aduerso, corpus tumescere aiunt. Fructum quoque caninæ sensis, flatu auerso colligendum censent, alioqui periculū oculis imminere. Alias noctu accipere iubet, alias interdiu, nonnullas prius, quam sol irradiet, ut quod uolumen appellant. Et hæc quidem, hisq; similia, non ab re diæ fortasse putaueris. Sunt enim quæ uires nocuas sortirentur, quemadmodum & ueratrum incendere & ignis modo urere aiunt. Mox caput aggrauat, nec diu effodere illud possunt. Qua de causa prius, quam fodere adorsi sint, allia comedere, & uinum subinde sorbere consuerunt. At illæ ueluti adiectitia, & elonginquo ductæ appareant: castanæ enim, quam alijs dulcisidam uocant, noctu effodiēdam præcipiunt: nam si interdiu, & à pico martio uisus quispiam sit fructū quidem legens, oculis pericitabitur, radicem autem secans sedem proadet. Febris fugiam quoque secantes accipitrem tristigerum nuncupatum cauere, ut sine uulnera possint discedere, & alia huiuscmodi quibusdā alijs notant. Precari autem in secando haud quicquam absurdum fortasse sit. Sed quæ addūt, absurdā potius dixeris. Panacem enim æsalapieam cognominatam effidentes uarium genus frugum uiaßim terre iniijcere, aiunt,

aiunt, & placentas ueluti mercedem quādā exoluere,  
 & ense bina adacto aīe ter circumscribentes succide= re. Quódque primum inciderint, sublime tenere. De= inde alterum cädere, & eiusmodi alia complura enar= rant. Mandragoram quoque ense ter circumscribere iubent. & alterum succidere ad occasum spectando, alterum circumaltare, plurimāque de re uenerea dice= re, quod maledictis, & execrationibus sanē proximū est, quas satui cumini necessarias putant. Quin & el= leborū nigrum circumscribere spectando exortum, precandoq;, caueréque aquilam tam à dextra, quam à sinistra, periculum enim se cantibus imminere aiunt: & si aquila propè a duolauerit, moriturum illo anno, qui succidit, augurium esse. Sed hæc planè adiectitia quedam uidentur, ut dictum est. Modus autem radicie= dij præter prædictos nullus alijs datur.

**C**De medicinis ellebori, panacis, tuberis terræ, au= cumeris sylvestris, trisaginis, carice siue piri, et aliorum quorundam. Cap. X.



Vnt uero (uti retulimus) quorundam omnia cōmoda, & radix, & fructus ut scamonie, & tuberis terræ, & thapsie, & aliorum quorundam. Nā & mandragoræ folium utile ad ulce= ra cum farina tradunt. Radicem ad erysipelas rasam & aceto subactam, & ad morbos podagricos, & ad somnū, atq; amores datur ex uino, aut aceto. Cōsecant eius quoque orbiculos sicuti radiciale, quos transfixos in

in fumo suspendunt. Elleborū ad haec eadē non solū rā  
dice, sed etiā fructu utile est. Siquidē in Anticyra(ut  
fertur) fructu eius purgantur, quē sesamaceū fert. Pa-  
nacis quoq; pleraq; assignātur cōmoda, nec omnia ad  
idē fructus, sed ad abortus, & distentiones, & eiusmo-  
di genera dolorū, itē ad aures, & uocis langorē. Ra-  
dix ad partus, & mulierum profluvia, & ad iumento-  
rum morbos nēcno ad irinum unguētum utilis, addit  
enim suauē olētiā, sed fructus radice ualidior est. Na-  
scitur circa Syriā, secatur per messem tritici. Tuberis  
terræ radix ad exhalationes inflāmationum ualeat, &  
ad menstrua, & ad ulcera ex melle, succus ad caput  
purgandū illitus, & ad ebrietatē, si sparsum in uino  
potui des. Radix etiā ad partuū celeritatē appensa be-  
nefica est, & ad amores cum eam suffoderint, uino  
deinde subigunt, inq; pastillos digerunt, sicuti fecis  
uini, qua macule absterguntur. Cucumeri s sylvestris  
radix uitiliginē, & scabiē pecudum tollit, semen uero  
liquatum, medicamē elateriū uocatū, id est agitatoriū  
facit. Legitur autūno, tūc enim optimū est. Trifaginis  
folia ad rupta & uulnera in oleo trita ualeat, & ad de-  
pascētia ulera: fructus bilē extrahit, & oculis quoq;  
beneficus est: foliū ad albugines tritiū in oleo prodest,  
habet haec herba folia querqus, & statura uix palmū  
excedit, & odorata, atq; suavis est, sed partes quidem  
omnes herbæ eiusdem minime ad idem utiles fore haud  
quicquam absurdum fortasse appareat. Radicis uero  
eiusdem partem unam superius, alteram inferius pur-  
gare

gare profecto mirabilius sit, ut thapsie, & carice, quā  
alij pīrum appellāt, & roris marini: idē tam inferius,  
quam superius extrahere posse cū elaterium, nequa-  
quam absonum dixeris, habet thapsia folium fœnicus.  
Ilo simile, latius tamē: caule ferulaceum: radicem candi-  
dam. Carica siue pīrus folio cōstat rutaē breui, cau-  
libusternis, aut quaternis humi prostratis, radice,  
qua albucum, uerū squamosa. Legitur Vere, id igi-  
tur prædictis datur peculiare.

**E**lleborum nigrum, & candidum esse. Dēq; eius  
ui, & natura.



Helleborus uero niger, & candidus,  
uelutī æquiuoce dici apparet, sed de  
facie uaria sententia est: alij enim si-  
miles esse aiunt, præter q̄ quod radis-  
æs colore inter se differant, esse nāq;  
alterius cādida, alterius nigrā: alij foliū nigri laureū,  
cādidi, porraceū reddunt: radices autē similes, colo-  
re excepto. Qui similes dicunt formā huiusmodi tra-  
dunt. Caulem modo propè albuci, sed lōge breuiorē:  
folia cōtinuō radici annexa, sparsaq; humi, radicem  
large multiplicē, quæ scilicet prætenues cōstent, atque  
utiles sint: nigrū equos, boues, suēsq; necare affirmat,  
& idcirco eum cauere: cādido pecudes nimirum ue-  
sci. Atq; hinc primo uim deprehēsam, cum illo pecu-  
des purgarētur: tēpestiuus autūno, Vere autē intēpesti-  
uus. Verū Octō mōtis incole propè Pileā eo tēpore  
legunt.

legunt. Plurimus enim, optimusq; eo prouenit loco. Non tamē ubique, sed parte una tantummodo. Oete, quam pyram uocat: miscetur in potionē, ut uomitio bene succedat elleborinæ semen, hæc herbula quædā est. Niger ubique nascitur: nā & in Bœotia, & Eubœa, & multis alijs locis, sed optimus Helicone, ac in totū is mons medicaminibus laudatur: at candidus locis paucissimis exit. Optimū uerò, & usitatissimi quatuor sūt Octæus, ponticus, eleaticus, massalioticus. nasci eleaticū inter uites aiunt, & uinū usq; adeo reddere prouocans urinam, ut omnes, qui bibūt graciles admodū uētre adducto efficiantur. Omnium tam eorum, q̄ reli quorū optimus est octæus. Parnasius uerò, & etolicus eo quoq; in loco proueniūt, & quidē multi, & emūt & uendūt ignari duritatis, summaq; difficultatis eorū. Hæc igitur quāquā forma cōueniant, uires tamen proprias sortiūt. Nigrū uerò ab eo qui cōperit, & primo succidit, melāpodiu quidā appellant, quo et domos lustrant. & pecora purgant, quadā cum incantatione, atq; ad alia complura utuntur.

**P**anacis plura esse genera, uesicariarum uerò duo: déque lactariarum, & roris marini generibus, & medicinis eorum. Cap. XII.



Anacis quoque, & lactariae, & aliorum quorundā genus multiplex redit. Panacem enim appellat primā, que in Syria nascitur, de qua paulo ante retulimus, secundam chironiā, tertiam

tertiam Aesculapieā, quartam herculanā. Chironia fo-  
 lium habet simile rumici, florem auri specie, radicem  
 longam. Amat loca pinguia, utuntur ea aduersus ui-  
 peras, & phalāgia, & tineas ueſtium, & cætera ree-  
 ptilia data ex uino, & uncta oleo, uiperæ autem mor-  
 sui aspergitur ex acido, & potui datur, ualere aiunt,  
 & ad ulcerā ex uino, & oleo, & ad naſcētia ex mela-  
 le, Aesculapicum radice conſtat magnitudine palmi,  
 cädida & crassa uelmenter, cortice crasso, & ſala-  
 ſo, & caule geniculato undique, folio thapsiae ſimili,  
 ſed crassiori. ualere aiunt aduersus ſerpentes, ſi biba-  
 tur erasum, & ad liuenem, cum ſanguis arca eam con-  
 ſiterit ex mulſo, & capiti tritū ex oleo, & unctum,  
 & ſi qua alia parte obſcura laboret quis, & uentris  
 doloribus ex uino rasum, poſſe etiam, & lōgas & gri-  
 tudines depellere. In ſuper & ulcerofis humidis qui-  
 dem ſiccum aspersum, prælotumque uino calido. Sicis  
 autem ex uino ſubactum, & aspersum, herculana ue-  
 rò conſtat folio magno, & ampio, ut quoquo uerſus  
 tres palmos perficiat, radice crassitudine propè dig-  
 ti, bifida, aut trifida, guftu ſubamara, odoratu ſynce-  
 rum thus redolente, utili contrā morbum comitialem  
 pota, coagulo uituli marini admiflo, ad quartam par-  
 tem, & contra tormenta ē uino dulci, commoda etiam  
 ad uulnera ſia, ex melle ad madida, igitur hæ diſfe-  
 rentias illas ſortiuntur. Sunt autem uel aliæ quædam  
 panaces, una folio tenui, altera non tenui, ſed uires hi-  
 ſce ambabus cædem ad mulierum profluvia, & ulce-

ratam cetera, q̄ putria, & paſcentia, quin & uerſariaſ, atq; lactariaſ nominis tantum conſortes uide-  
re liet. Veficariarum enim genera duo, alterum ſom-  
nificum radice rubra, ſanguinis modo, ſed candida  
eum ſic eſcit, fructu rubriore, grano iligneo, folio la-  
ctariae ſimili, aut malo dulci, ſed piloſo: huius corticam  
radicis tundētes admodū, & in uino meraculo made-  
ficientes dant, atq; ita dormire fauunt: naſcitur rupia-  
bus, & fauibus, atq; ſepulchrīſ. Alterū genus in ſan-  
re facit, id alij bryorem uocant, alij perifſum, conſtat  
radice candida, & longa ad cubitū, atq; caua. Dabis-  
tur ciuſ radicis dragmæ pōdūſ, ſi ut quiſ ludat, ſequē  
pulcherrimū putet, placuerit. At ſi magis in ſaniam uis,  
dragmis duabus opus eſt: ſin autē nunq; in ſania ſolui  
malueris, treſ dabis: & quatuor, ſi interimendum ſit.  
Habet foliū eruce proximum, maius tamē. Caulē lōgra-  
tudine ferē quatuor cubitorum, caput gelhyi, ſed ma-  
ius, atq; piloſius. Nec fructui platani abſimile conſtat.  
Lactariarum, quod maritimum granum appellaſt, fo-  
lio eſt rotundo, caule, totaq; magnitudine ad palmum,  
fructu eādido: demet titur cum uua nigreſcere incipit,  
& ſic aatus fructus tritus potui datur aetabuli tertia  
parte: muſcula autem uocitata, olce & folio conſtat, &  
magnitudine cubitum equat: huius lac cum uindemia  
incipit, exprimunt, & preparato utuntur, purgat in-  
ſerius. Myrtaria uero cognominata candida, lactaria  
eſt, folijs myrti codit, uerū aculeatis parte poſtre-  
ma, ſarmentula in terram demittens longitudine pala-  
mi,

mi, quæ nō simul, sed alternatis annis fructificat, alia  
hoc anno, alia postero, quanq; omnia eadē radice ex=  
orta, loca montuosa defuderat: fructus nux appellat=  
ur, demetitur cum ordeum turgesat, & exicatus, pur=  
gatusq; datur elotus cū papaveris nigri duabus para=  
tibus, ita ut totum modo acetabuli sit. Trahit pituitam  
per alumum, at uero si nucē ipsam placeat dare, trita=  
dabitur ex uino dulci, aut cum sesama tosta, torrefa= etāq; comedēda. Ergo hæc folijs, succis, fructibus uti=lia constant. Roris autē marini genera duo, alterū ste=  
rile, alterum fertile, & alterum tā fructu, q; folio utile,  
alterum tātum radice: fructus canchris uocatur. Habet  
id fructiferum genus folium palustri apio simile, sed  
multo maius: caulem ad magnitudinem cubiti, aut ma= iorem: radicē magnā, crassam, candidā, & ueluti thus  
redolentē, fructum cādandum, scabrum, oblongum: na= scitur potissimū solo squalido, atq; saxoso: radix me= dicamento ulærum utilis, & mensibus pota in uino ni= gro austero: fructus ad urinæ stūlicidia, & aures, &  
argemā, & ad oculorū morbum, lippitudinē nūcupa= tum, & lactis ubertatem mulieribus faat: sterile illud  
folio lactucæ amaræ cōstat, sed scabriori, cādioriq;,  
radice breui, nascitur id quoq; predicto solo uberri= me: radix partim superius, partim inferius purgat:  
quod enim germen uersus consistit, superius purgat,  
quod terram uersus, inferius. Prohibet & ueſtibus  
interposita uermiculos noxios. Colligitur per messem  
tritici.

Vernilaginū

**V**ernilaginum, & papaueris genera. Tum radicum differentias unde liceat accipere. De nymphaea, scythica, & malo terre: quōq; Pan- dius statuarius mēte alienatus sit. Itē de Thra- cię radicibus.

Cap. XIII.



Ernilaginum, una candida, altera ni-  
gra, uires radicum inter se distant,  
& ipse radices specie differunt, can-  
dida enim crassa, & grauter olens,  
utilis traditur ad alui profluua, cum  
confecta orbiculatim modo radicis decocta est, iuncto  
transfixa in seriem, ualet & ad interaneorum ani-  
malia lata, cum passa uua comesa acetabuli mensu-  
ra è uino bibitur austero, occidit, & canes, & fues,  
canes in farina ordeacea subacta cum aqua, & oleo,  
fues cum brasica. Et si hominem ægrecetem experi-  
ri uolueris an uiuere possit, lauandum ea radice tri-  
duo iubent. Hoc enim si tolerauerit, moriturum ne-  
quaquam existimant. Nascitur & que omnibus locis, fo-  
lio cardui, uerum ampliori, & terrae proximo, capite  
magnō acano simili, unde quidam acanum eam uoca-  
runt. Nigra folio constat modo cardui, præterquam  
quod minori, leuiorique, tota autem herba umbraculi  
speciem repræsentat, radice crassa, & nigra extrin-  
secus, subflava intrinsecus nititur, loca gelida, humi-  
daque amat. Lepram & uitiligine trita in aceto, &  
ramentis illita: Necnō & canes occidere potest. Pap-  
aueris quoq; sylvestris genera plura notantur, quoddā  
latum

enim corniculariū appellatum, quoddam autem nigrū  
est, folio constās uerbasci nigri, sed minus nigro: Cau-  
li altitudo cubitalis, radix breuis, per summaq; cespitū:  
fructus inflexi, ut cornicula figurantur: legitur circa  
messes, & aluum purgare potest: folium albuginem  
ouibus aufert: nascitur iuxta mare locis saxosis. Ali-  
ud erraticum uocatum non absimile intubo erratico  
constat: quamobrem in usum uenit cibarium: nascitur  
in aruis, potissimum inter ordea: florem rufum pro-  
ducit: Caput unguis pollicalis magnitudine angustet: le-  
gitur ante ordei messem, atque uiridius etiam purgat  
inferius. Aliud herculanum nuncupatum, folio con-  
stat struthi, quo splendorem linteis tribuunt: radi-  
ce in summa terræ eunte: fructu albo: huius radix pur-  
gare superius nata est. Non desunt, qui contra co-  
mitiale morbum ea utuntur in uino mulso. Hæc igi-  
tur ueluti æquiuoca quædam subiungere placuit. Ra-  
dicum autem differentias tū succis, tum odoribus ac-  
cipere licet. Sunt enim aliæ acres, aliæ amare, aliæ  
dulces, & aliæ suavis olenitæ, aliæ grauis. Dulcis  
nymphaeæ uocatae, que nasci in lacustribus solet, ut  
in orcomenensi agro, & Marathone, & in Cre-  
ta insula. Bœoti madoniam hanc appellant, fructum=  
que mandunt: gerit folia super aquam ampla: plaga  
trita imposta sanguinem fistula traditur: utilis &  
ad difficultates intestinorum poti: dulcis, & scythi-  
ca, & quidem nonnulli dulcem eam appellant: nasci-  
tur apud Meotim: utilis ad anhelitus & ad tuſim ſic-

cam, atque in totum thoracis laborantis medicamenta  
commoda redditur: ad hæc mederi ulceribus potest in  
melle: si uim quoque extinguit, si teneatur in ore. Quia  
de causa tum ea, tum equestri uocata, Scythas undea  
cim, & duodecim dies, si uim tolerare affirmant. Ma-  
lum terræ olfactu odoratum, gustatu, uehementer  
amarum est: colore nigrum: nascitur montibus opti-  
mum quodque: folio constat muris auricula simili, tax-  
men rotundiori: perutile ad caput, & reliqua ulceras,  
& ad serpentes, & ad somnum, & ad alia multa: ut  
œribus capitis adhibere præcipiunt in aqua subactū,  
reliquis rasum in melle, & oleo: contra ictus serpen-  
tium ex uino acido bibi debet, atque inspergi morsui:  
ad somnum in uino nigro austro peritritum datus. Si  
uuilia prociderit decocto abluisse iuuabit: dulces iug-  
tur illæ, amare autem aliæ, & grauis aliæ gustatus.  
Quædam ex dulcibus mentis alienandæ uim sortiun-  
tur, ut que carduo similis apud Tegeā gignitur, quan-  
cum Pandius statuarum artifex in templo, suo fungēs  
officio comedisset, mente alienatus est. Quædam item  
mortiferæ deprehensæ sunt, ut que apud Thraciæ  
metalla comperiuntur, gustu faciles, iucundæq; admo-  
dum. Coloris quoque discriminé radices large inter-  
sece differunt: nec solum albæ, & nigrae, & flavae,  
sunt etiam œruleæ, & rubræ, ut rubiæ radix.

**C** De quinque folia, siue quinquepetæ: necnō de  
rubia, fidicula, quæq; & quot annos seruē-

tur illæse. Elaterium medicamentorum omnium  
um diuturnissimum. Quomodo radices detra-  
riores fiant.

## CAPVT

## XIII.



Vinquefolie, siue quinquepetæ (nam  
hoc etiam nomine appellatur) cum ef-  
foditur, rubra est, inarescens uero  
nigrescit, atque quadratur, habet fo-  
lium uitis, sed pusillum, & colore si-  
mile uitigineo est, & augetur, & desinit cum uite:  
folia omnia quinque, unde & nomen: caules prætes-  
nues mutiit, & crebris internodijs constat. Rubia fo-  
lio edere, rotundiori tamen constitit: nascitur humi:  
caulis modo graminis: loca amat umbrosa, citurinam,  
qua de causa ad lumborum, & coxe dolores ea uiu-  
tur, non desunt que forma quadam peculiari specte-  
tur, ut nepæ uocatae radix, atque fidiculae: alteræ e-  
nim speciem scorpionis representat, & utilis ad cius  
ictum, & ad alia quedam habetur, fidiculae uero hir-  
suta, & aëtabulis cauernosa, cœu polyporum ar-  
ri: purgare inferius apta est, ubi quis eam contigerit,  
polypum innasci affirmant: foliū filicis magnæ proxi-  
mum est: nascitur in petris. Publica uero radicum om-  
nium, quod aliæ plus, aliæ minus temporis durat. Elle-  
borus enim uel annis triginta utilis est. Malum terræ  
quinque, aut sex. Vermilago nigra quadraginta. Fel-  
terre decem, uel duodecim: pinguis hæc, spissaque  
xij admodum

admodū est peucedanum quinque, aut sex. Vitis sylue  
stris anno, si in umbra, & sine ictu reseruetur, alio-  
quin putrescit, et inanis, fungosaque redditur. Et alijs  
alijs tempora tribuuntur. Sed omnium medicamento-  
rum diuturnissimum claterium est, opportunumque  
quod uetustissimum. Itaque medicus quidam, uir haud  
in solenis neq; mendax, claterium ducentorum annorum  
uirtute mirabili seruare apud se retulit: eo à quodam  
munere donatus. Causa quamobrem tam longo serua-  
ri tempore posse, humoris copia est, ea de causa uel  
cum præciderint in cinere humidum ponunt, et tamē  
ne ita quidem siccari potest, sed usque quinquagesi-  
mum annum lucernis admotum lumen extinguit. Hæc  
igitur uis peculiaris isti tribuitur. Radices autem que  
aliquam dulædinem habent, ubi diu manserūt, uermi-  
culis eroduntur, que uero acerbæ, atrésue sunt, id nō  
sentiant: uerū rare factæ, exinanitæq; uiribus, tan-  
dem hebetantur. E bestiolis externis nullam radicem  
aliquam tangit excepta sphondila, que nullam inta-  
ctam relinquit. Hoc ergo naturæ animalis istius pro-  
prium deputandum sit. Radicem autem unāquamque  
fore deteriorem, si fructum perfici, crassescereque  
reliqueris, manifestum est: quod idem uel de fructu  
asserere licet, si radicis succum detraxeris. Sed ma-  
gna tamen ex parte radicis medicæ succus nunquam  
extrahitur. Cuius uero semen usum medicaminis præ-  
stat, huius succum acapi operæ pretium est. Vti radis  
cibus potius iubent, quoniam fructus fortior sit, quam  
ut

ut corpus ualeat tolerare: sed hoc in uniuersum haud  
quaquam uerum esse apparet. Anticyrenses enim fru-  
ctum sesamacei ellebori dare solent, qui sesamæ si-  
milis est.

**C**Quæ loca medicamentis fertilia sint, ut Etria-  
ria, & latinus ager, ubi Circe. Item carmina  
Homeri quibus ostendit egyptum uenenorū  
feracem. Quæ loca græciae medicis scatere  
herbis maxime omnium constent. Quando  
lac sorbere utile. Tum de moly, acuta, hirci-  
spina, pastinaca. CAPVT XV.



Ractus medicamentorum fertiles po-  
tissimo tradunt, extra Græciam Etrua-  
riam, & latinum agrum, qua Circe  
habitasse affirmant, atque etiam ma-  
gis Aegyptum autore Homero: Hic  
enim Helenam inde accipisse, inquit.

Prospera que quondam Thonis dulcisima coniunx,  
Aegypti Polydamma dedit, qua plurimæ gignit,  
Noxia terra ferax, & multa probata uenena.

Inter que uel illud medicamen luctus, & moeroris es-  
se autumant, omnium ita ut malorum obliuione, ata-  
que indolentiam facere possit: & hi quidem tractus  
proditi à poetis ferè solis uidentur. Aeschylus enim in  
elegis, copiam medicaminū, uenenorūque Etruria  
tribuit. Gens tyrrena suis clara ueneficijs. Queq; au-  
tem loca nonnihil medicaminum possidere uidentur,

xijj sed

Sed differunt, quod alia plus habent, alia minus: etenimque ad septentrionem, meridiem, exortumque pertinet, mirabiles uires sortiuntur: nam in Aethiopia, qua sagittas ungunt, radix mortifera est. Apud autem Scythas non solum ea radix, sed etiam aliæ plures comperiuntur, quarum aliæ confessim, eo interimant tempore, quo gustatae sint, aliæ post. Et harum aliæ celerius, aliæ tardius, ita ut nonnullos tabe quadam paucalatina possint consumere, Apud Indos uel alia plura proueniunt genera, sed superuacuum, si uere narratur, quod sanguinem diffundere, & quasi sugare potest, quodque édiuerso cundem colligit, & ad se trahit, que cōtra mortiferos serpētum morsus comperta referunt. Quin & regio Thracum pleraque fert, sed ualidissimam ferè illam herbam, que sanguinem fistit: hanc enim alijs puncta uena, alijs etiam ueche mentius secta, retinere, ac penitus prohibere sanguinis profusionem affirmant. Haec igitur, quod cōmune omnium diximus, satis demonstrare uidentur. Locorum autem omnium græce maxime Pelium mons Thessalie, & Telethrium mons Eubœe, & Parnassus medicamina ferunt, item Arcadia, & Laconia telus, nam eas quoque herbis scatere medicis constat. Et quidem Arcades pro medicamento quod aluum purget, lac sorbere consuecrunt in Vere, cum suca huic modi foliorum maxime uigent. Tunc enim potissimum lacuum medicaminis habet. Bibunt bubulum, quod bos inter animalia omnia, permulta pascere, uarioque herbarum

herbarum genere uesci uidetur. Nascitur apud eos uterque elleborus: uidelicet & albus, & niger: item Pastinaca specie lauri, colore croci, & cam, quā illi brasocam sylvestrem appellat, medici autem quidam Ceran: & quam illi maluam sylvestrem uocant, medici hibiscum: & malum terrae, & seseli, & equapium, & peucedanum, & herculana, & utrumq; uesticariæ genus, quod fructum puniceum fert, & quod nigrum, oritur: & sylvestris cucumis, ex quo componi Elaterium solet. Ad hæc lactaria, ex qua hippophaes, quod optimum confici apud Tegeam nouimus, maximeq; haberi in prætio. Nascitur circa clitoria passacea, & petræ circa Psophidem plurima, & optima prouenit. Moly apud Phucum exit, atque apud cyllenam esse (quemadmodum Homerus dixit) affirmant: radice rotunda, non absimili cepe: folio scyllæ. Usum eius contra ueneficia summa, non tamen effodi difficulter, ut ait Homerus. Ciuita optima circa Sam, & in totum locis prægelidis. Quin & in laco nico agro bona pars prædictorum exit: nam is quoq; medicaminibus scatet. Hircifspina large in Arcadia nascitur, nec deterior cretica existimatur, sed etiam uisu pulchrior. Et pastinaca in Patrensi agro præstatorum ceteris: huic uis calefactoria est, radix nigra. Necnon & in Parnaso multa ex his proueniunt, & in telethrio monte. Sed hæc pluribus locis dantur communia.

**D**ictamum Cretæ proprium, uiq; mirabile, &  
ad plura utile: omnia etiam, quæ se minus à ter-  
ra attollunt præstatoria esse, quæ Creta ferat.  
Vbi optimum Aconitum, & quo modo cōfici-  
tur ad nocendum, nullumq; contrā compertum  
remedium.

CAPVT XVI.



Dictamum Cretæ insulæ propriū est,  
ui mirabile, & ad plura perutile. Sed  
ad partus mulierum potissimum pol-  
let: folio glechoni simile constat, nec  
sapore absimile est: ramulis tenatori-  
bus cōditur: usus foliorū, nō ramorū, nec fructus est:  
ualēt ad multa, sed præcipue ad difficiles partus mu-  
lierū, ut dictū est. Aut enim facile posse parere faci-  
unt, aut certe dolores penitus sedant. Dantur biben-  
da ex aqua. Rara h.ec herba, locus enim qui fert, exis-  
guus admodum est, cūmque capræ depascunt capes-  
sendæ causa uoluptatis. Verū etiam, quod de telis  
fertur, affirmant. Capras enim sagitta transfixas, di-  
ctamo deuorato telum ejcere. Dictamum tale est, ui-  
résque eiusmodi possidet. Falsum dictamum, folio  
quidem simile constat, sed ramulis minus, & uiria-  
bus longe inferius. Quanquam enim eisdē in rebus  
proficit, tamen multo deterius, atq; debilius. Vis dicta-  
mū in ore pāpi cōtinuo potest: excalescit enim ex pau-  
lo uehementer: manipulos in ferula, aut cāna interclu-  
dere solēt, ne expiret: imbecillius enī cū expirauerit.

Non

Nō desūt, q̄ naturā dictam & falsi dictam, cādē esse existinēt. Sed quod locis latioribus exeat degenerare, falsumq; cognominari, sicuti etiā alijs pluribus euenit, ut viribus deterioribus ex loco reddantur. Dictatum enim solū asperū uehementer amare inquiunt. Est etiā aliud dictatum ueluti æquuoæ appellatum, nec enim specie nec uim habet eādem, q̄ppe quod folio simili si symbrio cōstet, & ramis cōdatur maioribus. Usus itē, & uis nō eisdē cōueniūt: hoc igitur (ut dictū est) murum, simulq; proprium Cretæ insulæ datur. Quidam omnino in herbarū, & fruticum genere, & ad summa inter omnia, quæ se à terra minus attollunt, præstantiora, quæ Creta ferat, affirmat. Inter reliqua uero magna quidē ex parte, quæ in Parnaso mōte proueniāt, anteponunt. Aconitum nascitur in Creta, atq; zacyntho, sed plurimum, optimūnque in Heraclia pōtica: constat id folio intubaceo, radice tum specie tum colore nuā proxima: uim illam mortiferā in hac esse, folium, & fructum nihil nocere affirmant: fructus herba est, non humilis materiæ: herba ea breuis est, & nihil superuaciū habens, sed frumento similis, semen non spicuum: nascitur ubique, & non in Aconis solum, à quibus habet appellationem: s autem uicus est Periandinorum: amat autē loca potissimum saxosa, pascitur eo neque pecus, neque ullum animal: confici ad afficiendum modo quodam enarrant, nec nosse quemque, quamobrem medicos quoniam componeare nesciant, pro putrefactorio uti, alijsq; quibusdam de

de causis eptorum nihil penitus posse officere, neq; ex  
uino, neq; ex mulso. Componi autem ita ferunt, ut aer  
tis occidere temporibus possit: uidelicet bimestri, tri-  
mestri, semestri, anno cōplete, nōnullum etiā biennio:  
pēsimè illos de uita discedere uolunt, qui plurimum tē-  
poris resistere possint. Paulatim enim tabescat corpus,  
et langore pereat diuturno esse necesse: facillime il-  
los, qui confessim obeunt. Remedium nusq; esse com-  
perit, sed falso dici, quoddam aliud resistens illi ha-  
beri. Non enim herba, sed melle, et mero, et quibus-  
dam eiusmodi seruari aliquos potuisse. Atque id raro  
factum, summaq; difficultate. Aliud quoq; uenenū uim  
diurnariā enecādi sortīcē cōpertū affirmat: esse nāq;  
radiculam quandam, quae eodem die possit occidere: fo-  
liū hanc habere ellebori, notāq; omnibus esse, et quia  
dem famulos iratos hac uti solere, deinde mederi in  
hoc ueniētes, neq; enim celerem facere interitum, aut  
leuem, sed difficilem, et tardum, nisi forte quod facia-  
le curatu, cōflectūque sit, ut oportet: aiūt igitur, et cō-  
fessim interimi, et aliquo post tēpore: nōnullos et ad  
annum peruenire, et cū sumitur, facile iuuari: hęc au-  
tem diligentius seruari apud tyrrhenos in Heraclea,  
neque id absurdum si modo quodā iuuari possit, alio  
autem minime: quemadmodum et alia ex letalibus.  
Aconitum, uero (ut dictum est) inutile ijs, qui præpa-  
rare ignorent, nec licitum possidere, sed capitalē pœ-  
nam institutam. Temporis differentiam pro collectus  
ratione sequi autuant, mortes collectuum tempori-  
bus

bus compares euenire.

**C**thrasiam Martinensem quoddam comperisse uenenum, quo sine dolore inferre obitum posset, Quodq; Alexias eius discipulus fuerit non indoctior. Item quo modo Chij cicutam prepa- rent, ut aeleriter eneat. Caput XVII.



Hrasyas mantinensis tale se compes-  
risse atebat, ut facile, & absq; ullo  
dolore inferre obitum posset. Nec  
alio, quā succo cicutæ, & p. spaueris,  
& aliorum eiusmodi. Idq; admodum  
contra etum, exiguumq; uidelicet ad drachmæ pōdus,  
& irremediabile penitus, & tam ualidum, ut quantū  
uis temporis perdurare posset, nec quicquam sentiret  
immutationis. Sed sumendum is acutam censebat nō  
unde libuerit, sed ex susis, & si qua alia loca præge-  
lida, & opaca cōstant. Nec secus de reliquis, quæ de-  
beant addi, censebat. Quid & alia multa, & ex mul-  
tis is cōponēda excogitauit. Alexias quoque eius dis-  
pulus ingenij plurimum ualuit acrimonia, nec infra  
illum bonis artibus fuit instructus: Nam & reliquas  
medicinae partes, quas ille non tenuit, is egregie con-  
secutus est. Hec igitur comperta hoc nostræ ætatis tem-  
pore amplius, quam superiori, & prisco uidetur. Sed  
enim uti hoc, an illo modo, plurimum referre omnia  
bus manifestū profecto ex multis est. Nā & Cij nō in  
hūc modum ante acuta utebantur, sed trita, ut saliat

ut cæteri solebant. At nunc terere nemo uelit, sed de tracto tegmine (Id enim rem difficultem facit, quoniam confici contumax sit) pistam subinde in mortario tundunt, & prætenui cribro transmissam aqua inspersam bibunt, atque ita obitus celer, facilisq; occurrit.

**C**onsuetudine uenenorū uires fieri debiliores, & inertes, atq; ita quibusdam non nocere potuisse elleborum. Quo remedio usus fuerit Eudemus post uiginti duas potiones ellebori. Deque mira uir punicis, ac quantum ualeat consuetudo, quod & absynthium depastum ostendit.

Caput XVIII.



Mnium uero medicaminum uires debiliores in assuetis porrò deprehenduntur, in nonnullis etiam omnino inertes. Quidam enim tantum ellebori esitantes, ut manipulos totos consumant, nihil afficiuntur. Quod etiam Thrasias saepius fecit, qui radicum peritissimus habitus est. Faciunt hoc idē pastores nonnulli, itaque cum ad medicaminum uēditorē, de quo admiratio omnes teneret, q; radicē unam aut duas mādere posset, pastor quidā uenisset absumpsissetq; integrū manipulū, fecit ut nunquam amplius ille pharmacopola laudaretur. Idq; singulis diebus, non tantum illum, sed etiam alios plerosque facere dicebatur: fit enim, ut pleraque ex medicamentis, propter hominis cōsuetudinem, uim suā amittant, nec amplius medicamina esse possint. Cum enim ab natura acceptantur,

acceptatur, deuincuntur, cōficiuntur, nō amplius ponit  
 inter medicamina debēt, ut & Thrasias dicere sole-  
 bat. Naturas enim singulatim ille discernens, idē alijs  
 medicamen, alijs non medicamen esse aiebat. Enim uero  
 rationem haberi penitus oportere putabat. Et qui-  
 dem plurimum ad id iudicandum iur ille ualebat: ue-  
 rum una cum natura etiam consuetudinem posse ali-  
 quid efficere constat. Quamobrem Eudemus medica-  
 mentarius hac in arte facile princeps, cum se nihil af-  
 fectum iri pepigisset, quiddam admodum mediocre  
 ante solis occasum deuorauit, quod neque continere,  
 neque deuinare potuit. At uero Chius Eudemus ante  
 minime laudatus elleborum bibens, non purgabatur,  
 & uigintidas aliquando potionēs, uno die sumpsiſſe  
 se retulit, fori apud uasa sedentem, nec surrexiſſe  
 prius, quām eſſet meridies, tunc uero domo petita,  
 balneas ingressum, coenatumq; more solito, nec qdq;  
 euomuiſſe. Hic tamen auxilio quodam præparato co-  
 hibuit: aceto enim acri aspersam pumiām bibiſſe se  
 retulit post septimam ellebori potionem, rursusq; ex  
 mero eodem modo egisse. Pumicis autem uim magnā  
 adeo eſſe, ut si in uræum bullietem eam inieceris, fer-  
 uorem extinguis non solum parte aliqua tēporis, sed  
 etiam ex toto: pumiām enim exicare uehementissime,  
 atque ad se ſpumam totam reūpere uoluit, idq; extin-  
 guendi cauam eſſe. Hic ergo largitatē potus, tali re-  
 tinere iuuamine potuit. Quod autem consuetudo plu-  
 rimū ualeat, multis ſanctis rationibus conſtat. Nam &  
 abſynihiū

absynthium pecora huius tractus pasare quidam negat, Pontica autem nimirum pascunt, ut pinguiora, atq; pulchriora reddantur, & ut quidam uolunt, sine felle, Sed hec non ad presentem disputationem, sed ad aliam quandam spectare potius iudico Radices uero, & uniuersum genus materie humilis permultis, ac varijs uiribus (ut dictum est) natura, considerat nec solum ad corpora inanimata, sed & ad animata.

**D**e spina, que aquam congelet iniecta. De que bibisco, & Thelyphono, & uice eius. Item de testiculo, & quibus herbis magis coire quis ualeat, quibus nil penitus: necnon que ad mare procreandum, que ad foeminam ualere trahantur, atq; ideo altera marificam, foeminaficam alteram appellatam. Quo item semper prolificum, quo infecundum reddatur: tum de herbis uolucro, & mula. Caput XIX.



Pinam enim quandam enarrant, que aquam iniectam congelet, Et radicem bibisam posse addensare aiunt, si tritam uiceris: sub diuoque humorē posueris. Constat bibisam folio maluæ, majori tamen, pilosiorique: caule molli: flore mellino: fructu maluæ, caulis proxima. Usus eius ad rupta, & tusses é uino dulci, & ad ulera in olco. Aliam si carnisibus concoquas in idem aggregare, ac ueluti conglutinare posse affirmant, alias uim attractoriam possidere

dere, modo magnetis lapidis, atque succini. Hæc in  
inanimib[us]. Thelyphonum uero quod alij scorpionem  
appellant, quia radicem scorpioni similem habet, ad-  
motum scorpionem occidere tradunt, & eum reui-  
scere posse, si elleboro candido linatur. Necat idem,  
& boues, & oves, & iumenta, & ad summā omnes  
quadrupedes. Eodem die, si genitalibus folium, uel ra-  
dicula imponatur, proficit potum contrā scorpionum  
ictus: habet folium tuberis terræ: radicem (ut dictum  
est) similem scorpioni: nascitur graminis modo, & ge-  
niculis constat: loca amat umbrosa: quod si uera sint,  
quæ de scorpione narrantur, iam & reliqua eiusmo-  
di haud quaquam incredibilia dici debeant, nec fabu-  
lose, quæ attribuuntur plantarum uiribus brute com-  
poni uideantur. Humanis uero corporibus ultra illa,  
quæ sanitatem, morbos, morteque spectent, alia quoque  
herbas afferre suis uiribus posse affirmatu, tputa ge-  
nerandi seminis facultate atque sterilitate & quasdam  
ex eodē facere utrumque ualere, sicut qui testiculus ap-  
pellatus est. Cū enim gemini sint alter magnus, alter  
aut parvus, magnū efficacē ad coitum datum ē lacte  
caprino tradunt, minorem uero obesse, ac inhibere:  
habet folium laseris, uerum leuius, atque minus: cau-  
lem simillimum spinæ, quam pirum uocant: mirum era-  
go (ut dictum est) ab una, eadēque natura, diuersi-  
tatem tantum uirium proficiat. Nam uim eiusmodi es-  
se duplē, absurdū putari minime debet. Tum enim  
alij quidam, tum Aristophilus pharmacopola plataeus,  
uires

uires quasdam compertas se habere dicebat, partim, ut quis magis coire ualeat, partim ut nihil penitus ualeat. Id quoque prorogare plus, minusue temporis posse, ceu bimense, aut trimense, qua quidem herba uel ad temperandos, castigandosq; adulcescentes aliquando uti aiebat. Quædam ad procreandum marem, aut fœminam ualere traduntur, Quamobrem herbam quan-

dam marificam, & aliam fœminificam uocant, ambæ inter se similes, & oam spæciam gerentes, fructus fœminificæ modo musa oleaginei, uerū pallidior, marifi-

cæ uero, sicut oliua cum primum ex musco emergit, geminus modo testiculi hominis. Ne semen fœtificum sit, fructum edere candidæ facere aiunt: contrà ut pro-

lificum sit, fructum erati ex aqua notant: nasatur id lini modo ruffum, & fructum tanquam miliū fert.

Gignere nequaquam posse putatur, & qui semen uo-

luci collectum modo sextarij tringinta assidue diebus

portionibus & quis biberit ex uino albo. Sic enim peni-

tus sterile facere hominem aiunt. foliū herbae mulæ uo-

catæ sterilitatem mulieribus facere uolunt, & aliquid

ungulæ, ac seminis muli animalis misændum præci-

piunt: constat hæc folio lingue æruine appellatae, radi-

ce numerosa & tenui, montanas planicies, & saxo-

s amat: mulas hac herba plurimum delectari affir-

mant. Usus eius uel ad lienes quemadmodum uolucrit-

**D**e filiæ fœmina, & quid distet à mascula. De

herba ab Indo quodam allata, qua, qui usi fue-

rint septuages coire ualerent. Tum quæ aquæ

sterilitatem,

sterilitatem: quæ fecunditatem afferant, insæ  
niāmūe. Dēque mira natura, uini regionum  
quarundam.

## CAPVT XX.



Ilix foemina utilis contra interanco-  
rum animalia lata melle subacta: et  
contra tenuia in uino dulci cum fari-  
na ordeacea data: si mulieribus gra-  
uidis detur abortū facere: si cæteris,  
steriles in totū reddere aiunt. Differt foemina filix à  
mascula, quod folium unico artu porrectum hec habe-  
at, & radicem crassam, & longam, & nigrām. Ha-  
rum igitur uires sterilitati addixisse natura putatur.  
Ad rem autem uenereum mārū in modum herba polle-  
bat, quam Indus attulerat. Nō enim solum edentibus,  
sed etiam tangentibus tantum genitalibus uim dixer-  
uehementem adeo fieri, ut quoties uellent coire uale-  
rent. Et quidem, qui usi fuerunt, duodecies egisse di-  
xerunt. Indū autē ipsum, qui uel magno, atq; robusto  
corpore erat, septuagesies aliquando coiuisse fatēte  
licuit audire: uerū emissionē seminis guttatum fuisse,  
demūq; in sanguinē deuenisse. Mulieris uero uehemē-  
tius etiā citari libidinē, cū eo medicamine usū fuerit,  
dicebatur. Hæc igitur uis, si uere narratur, mirificè  
omnes excedit naturas: tamē quasdā cōstare quæ cita-  
tiōes ad coitū facerēt, haudquaquam incepīe putaueris.  
Nā et in alimētis ipsis tam siccis, quām humidis uires  
eiusmodi, atq; etiā aliarū plerarūq; affectionū effica-  
ces manifeste sentimus. A quā enim nonnusquam esse,

y quæ

quæ prole mulieribus largiatur, affirmat: ut apud The-  
spias. Contrà aliam apud pyram esse, quæ sterilitatem  
eisdem inferre possit. Causam enim sterilitatis mulie-  
rum loci illius talem medici reddiderunt. Apud Hera-  
cliam Arcadiæ, uinum, ut ferunt, fit quod potum ui-  
ros i sanos agit, mulieres steriles reddit. Achaiæ apud  
Cabyniam maxime, uitis quoddam genus habetur, cu-  
ius uinum abortum facit. Et ubi canes uia comederint,  
cas quoq; abortu periclitari necesse est. In gustu nec  
uia sensum aliū, quam ceteræ uiae facit, nec uinum a  
cete ris uinis distare percipitur. In Troezenensi agro  
uinum steriles, qui biberint, facit: apud thasum uinum  
fornicatum arte quadam conficitur, & aliud quod po-  
tum uigilantissimos facit. Sed eiusmodi uires ad cor-  
pus spectare, inq; generibus corporeis percipi mani-  
festum est.

**C** De herbis, quæ ad animū, & mores faciant: ut  
uesicaria, œnothera, polio, antirrizo, flore  
aureliae. Quodq; homines hæc cōmēti fuerint,  
suas artes magnificare & celebrare cupien-  
tes.

## CAPVT XXI.



Nimo uero uesicariā adnotat. Hanc  
enim ueluti dimouere, alienarēq; mé-  
tē affirmant, ut superius comprehen-  
sum est. Contrà radix œnothera data  
è uino, mitiores, hilariorēsque mores  
reddit. Constat œnothera folio amygdale, uerū maio-  
ri flore rosaceo, loca adamat mōtuosa, id tamē absur-  
dum

dū nequaquā appareat. Fit enim quasi recreatio quēdam ex uiribus, quas radix ista uinaceas possidet: sed potius absurdā illa putētur, quæ alligata, & ueneficiorū aduersantia uocitantur, & tum corporibus, tū domib⁹ unice opitulari credūtur. Adde poliū, quod Hesiodo, et Musæo authoribus ad omnem rem seriā, magniq; faciendā perutile prædicatur. Quā obrem id noctu effodiunt tabernaculo structo, & ad famā, existimationēque bonā non minus, quin immo magis uale putatum est. Necnon & anthirrizū appellatum utilem ad gloriam tradidere, hic lappa similis est, radice minima, & ferē nulla subnititur: fructum tā quā nares uituli parit. Hoc perunctos gratiā, uiteq; gloriā consequi creditur. Quin etiā qui aurelia flore corōnatur, unguento ex auro ignis experte insperso gloriā, atq; existimationē bonā consequitur. Habet aurelia florem auro similem, folium cādandum, fructum tenuem durūmq; radicē per summa cespitum, atq; tenue. Uſus eius ad serpentium morsus e uino. Valet etiam ad ambusta, cremata, & mista melli. Sed hec (ut superius dictū est) commenta hominum esse plane uidentur: qui suas artes magnificare, celebrarē que cuperent. Nos reliquorum naturas, uiresq; psequemur.

**C** De pipere, & eius generibus, & grano gnidio: pastinaca, uite sylvestri, dracūculo, thapsia, fidicula, ebeno, malo terræ, scāmonia, fīlia. Tū quæ quibus locis præstantiora medica mēta.

CAPVT XXII.

ij Piper



Iper fructus est, eius genera duo: unū enim rotundū, crui modō, tegmūne, carnēq; constans: sicut laurina bacca, subrutilū, alterū oblongū, nigrū, semina papaueris cōtinens, lōge hoc ualidius altero: ambo uim calefactoriā obtinent. Quā obrem contra cicutam auxiliantur: & etiam thus. Granum cnidium rotundum, colore rubrum, maiūsque pī pere est: sed caliditate multo ualidius. Qua de causa cum decuorandum datur (dari enim contra alui solutioñem solet) in pane, aut adipe obductū sumitur: aliter enim gulam adurit. Peucedani quoq; radix uim calefactoriā habet: quamobrem unguētū quidam uel ex ea subdatoriū faciunt. Datur et ad lienes radix peucedani: semē inutile est, nec succus ulla in re prodest. Pastinacam agro spartensi Achaie laudatissimam referrunt: natura calefactoriā, radice nigram. Radix quoq; uitis sylvestris, calefactoria, acrisq; est: quamobré ad psilothri usum idonea, et uitia cutis in facie emūdat: fructu eius desoliare arbores solent, sucaditur omni tempore, sed præcipue autumno. Dracunculi radix data ex melle, utilis quæ tuffes sanare possit: caule uersicolorē serpentis speciem præsentantem gerit. Eius semine nulla in re uii solent. Thapsiæ radix uomitoria est: & si quis continuit tam superius, quam inferius purgat. Ad hæc liuida tollere potest. Suppurationes tamen alias exalbidas facit: succus eius ualidior est, & quidem tam superius, quam inferius purgat. Nullus seminis

seminis usus, nascitur tum alibi, tum in terra attica:  
 in qua peccades incole eam non tangunt, peregrinæ  
 uero depascent: & aut aliud soluitur, aut intereunt.  
 Fidicula semper post imbræ erumpit: & semen nullum  
 producit. Ebeni lignum aspectu buxo simile constat:  
 sed decorticatum nigerrimum redditur. Utile oculis  
 ad cœtem tritum. Malum terræ crassum, & gustatus  
 amarum est. Nigrum, odoratissimumque, folio rotundo, qd  
 super terram spectetur, non multum est. Nascitur po-  
 tissimum montibus, idq; pro optimo effoditur. Usum  
 eius ad multa enumerant: sed optimum ad capitis ru-  
 ptiones, & ad reliqua tamen ulcera satis ualeat. Et cō-  
 tra serpentum morsus, & ad somnum, & ad secun-  
 das modo pessi: partim aqua subacto, et illito: partim  
 in melle, oleoque derasum: sed contra serpentes è ui-  
 no accrescēte poto, & morso insperso. Ad somnum  
 uero in uino nigro austero attrito: at si uulue proci-  
 derint, ex aqua colluere conueniet. Id igitur numero-  
 so referre usu uidetur. At scammoniae ueluti è cōtra-  
 rio succus tantum usui est, & nil aliud. Filicis radix col-  
 liquata tantum in usum euenit, gustum astringit non  
 sine aliqua dulcedine, lumbricum latum expellit: se-  
 men filici nullum est, nec succum quem emitat, hæc  
 habet: autumno succidi tempestiuè affirmant. Lum-  
 bricum autem gentium nonnullis natura inesse perci-  
 pitur. Habent enim omni quasi ex parte ægyptij, ara-  
 bes, armenij, syri, cyllices, è diuerso thracibus, et phry-  
 gibus nullo pacto cnasci enarrant. Inter græcos thea-

banis scilicet uersari in gymnasij solitis. Et ad sum=  
mam Bœotijs innasci lumbricum nouimus; athenicen=  
sibus nullo pacto. Omnim uero medicamentorum,  
quoad simplicius explicari liceat, præstantiora, q  
locis gelidis, aquilonijs, siccisque proueniunt.

Quamobrem inter ea, que in Eubœa oriū=

tur: meliora, que ferat Aegæ: deteriora,

que Telethrium reddit, assuerant.

Sunt & enim illa sicciora. Tele-

thrium autem locum esse o-

pacum, atque subris-

gium, cer-

tum est.



THEOPHRASTI DE  
HISTORIA PLANTARVM  
LIBER DECIMVS.



E radicibus. Que medice sint. Quasque uirtutes uel in se, uel in succis, uel etiam aliqua parte habeant: & in totū, siquid ē fruticibus, aut herbis uires eiusmodi sortiuntur, explicandum hoc uolmine arbitramur. Nec disserentias omittendum, quibus liquores, atque odores discerni desyderent. Radicum uires permultas, multaque usibus accommodandas, naturam dedisse, facile intelligi potest. Sed quae maxime uim medendi optineant, has utputa utilissimas hominū conquirit ingenii. Differunt iste (ut uolumine superiori retulimus) quod non ad eadem, nec in eisdem suas uires possideat. Radices ergo plurimas penē uires in se & in fructibus, & in succis gustare uidemus. Sed non desunt, quae in folijs quoque habeant: & quidem folijs insitas uires herbas magna ex parte uocare herbarij solent.

**C**Theophrasti Liber decimus, cuius paucula quedam habentur: & quod apud grecos habetur, id Theodorus traduxit.

**VOCABU** aconitum τόξκοντορ  
 la latina ex græca, secū- acorna ἡ σκορπιος  
 dū latinarū literarum or- aculeosa suffrutex ἡ ποτ  
 dinem ex libris de Plantis λυχναρδος  
 Theophrasti. Theodoro acuta spina ὁζύκειδος,  
 Gaza interprete. κοιλ ὁζύκειδος.  
 acylus fructus phellodry-  
 os et ilicis ὁ ψηλωθ  
 ad nepotū procreationem  
 inhabile τὸ ἀπαρέ  
 Blasop

  
 Bies ὑελέτ  
 tu est etiā plantæ cu-  
 iusdā ma- ritimæ spe agitatoriū τὸ ἐλαστίριορ,  
 cies, que petris adnascitur Plin. tamen græco uti-  
 ablaqueare ῥιζοτομένη.  
 abrotonū τὸ ἀβρότονορ. alba populus ἡ λευκη  
 acanica spina ἡ σκανική albucis ὁ ἀνθέρμος, alibi  
 σκανικης ασφόδελοι albucus  
 acanus ὁ σκανος. interpretatur  
 acharnica rigua, edere alga ὁ φύκος eodē loco τὸ<sup>3</sup>  
 species ὁ ἀχαρνικὸς φῦκος  
 αρδειόμενος. alica ὁ χόνδρος  
 acer ἡ σκανδωθ, alibi allij nucleus ἡ γέλγις  
 σφένδαμνος allium τὸ σκόροδορ  
 achillea ordeaτάχιλδος alnus ἡ κλέθρα  
 κείθαι: amaracus ὁ ἀμαράκος,  
 acini punici mali κόκκοι κοιτὸ ἀμαράκορ  
 τῆς ῥωᾶς amarago herba ἡ πικρίς  
 acinus, oleaster ὁ κότινος amerina ἡ σγνωθ  
 amentum

- amentum. ἡ καύχρυς aracus lenti innasatur  
amomum τὸ ἄμωμορ ὁ ἀράκος.  
amygdala ἡ ἀλυγδάλη arbor τὸ δένδρον  
anchusa herba ἡ ἄγχους arbutus ἡ κόμαρος.  
συ. aria ἡ ἄρεια.  
andryala ex olerum ge- archinii, siue arachiniū,  
nere ἡ ἀνθίσταλα. τὸ στριφίον.  
ancsum τὸ ἄνθος arietinū cicer ὁ κερός ἐρέα  
anthedon ἡ ἀνθηδών εινδος.  
messili species. arū τὸ ἄροπ. alibi ἄρρεν.  
anthela, flos phlei, ἡ ἄνθη arrus.  
θιλη. aruenia τὸ ἄρουρον.  
antirrhizum τὸ ἀντίρρητον arundo ὁ κάλαμος.  
Ζορ. aschium tuberis genus  
apharca ἡ ἀφάρκη. τὸ στριφίον.  
aphaca ex olerum genere ascalioniose cerat τὸ ἄστα  
ἡ ἀφάνη. καλώνια κρόμμια.  
apargia herba ἡ ἀπάργια. aspala ὁ αστάλαζ.  
γία. asparagus ὁ αστάραγος  
aphia herba ἡ ἀφία. corula.  
apiastrū τὸ μελισόφυλ aspalathus ὁ ἀστάλαθος  
λορ. athragena arbor, ἡ ἀθραγη  
apium τὸ σέλινον. γένη.  
absinthium τὸ ἀσίνθιον. atriplex ἡ ἀναδυσάφαγη  
aquifolia ἡ ἀκγία. carthāphāzīs alibi.  
aquaatio ἡ ὑδρεία. atrifer ἡ μελακησεία.  
arachidna ἡ ἀράχιδνα. atrifer iuncī species ὁ μα  
aracum τὸ ἄρακον. λογκραντός.

alrena	οκρόνος	μέλιος
aenena	οαγγίλωψ.	bulbus
auro, auronis τὸ ἄλιμον	bulbina	οβολοβός.
auricula muris οὐδεσίνη.	buprestis herba	οβού-
aurelia flos οὐλόχρυσος	πησίς.	
awulsio ο παραστάτης.	butomus	οβούτομος
B	buxus	ο πύζος
Bacca laurina ο λαφνίς.	buxus asinina ονέπυζος	
bacula ο σημύδα:		C
beta τὸ τεῦτλον: idem στεύτλιον στεύτλις	Cactus è spinoso genere	
beta sylvestris, frutex ο λειμωνία.	suffrutex οιάκιος	
bœotia radix ο βοιωτία	cadytas herba ο καδύτας	
ξαφνίς.	calamus odoratus ο κά-	
bœoticus cucumis ο βοιώτιος σίκυος.	λαμος ούωδη.	
bibinella ο θευλλίς.	calor τὸ διέμερη	
blecho.onis ο βλιχῶ.	chalbana gummi ο χαλ-	
blechrus ο βλῆχρος.	βάνη	
bletum τὸ βλήτον	chalbanum galbanū.	
blitum τὸ βλίτον	camaæas tritici species	
braßica radix ο βάσφιος	ο καμακίας	
braßica sylvestris ο βάσφιος	canaria herba οικίνωψ.	
vog ολγίας.	canna διόναξ.	
bromus ο βρόμος.	canchrydias tritici species	
bubula fraxinus ο βου- μελίας, alibi ο βου-	canchris, roris marini fru-	
chädralia ο χαρδίσ-	ctis οιάγχρυς.	
canina fæti τὸ ιωσθε-	chädralia ο χαρδίσ-	

top.		castanæ ταυωνία. hanc alij
canirubus κινοσθατόρ.		γλυκυσίδηρο dulcis
capparis, inturis ἡ κάπη=		fidam vocant ibidem
παρις		αστανα ἡ Διὸς Βάλανος
capillus ueneris ἡ αὐλίαν		caudex τὸ σέλεχος
top.		caulis succus ex cæso cui
capreolus	ἵηλιξ	leō καυλίας.
caprificus ὁ ἐρινέος, καὶ	caulis	ὁ καυλός
βλαυθος.		carya ἡ καρύα
caprificatio ὁ ἐρινασμός	cæci nodi,	ex quibus proa
cantharis bestiola, quæ tri	dire non potest ramus, si-	
tico innascitur ἡ καν-	cuti γόνυμοι, ex qui-	
θαρίς.	bus prodit, δι ὅζοτυα	
carbo	ὁ ἄνθραξ	φλοή.
cardamomum ἡ καρδιά =	cedria	ἡ καρδία
μωμον.	cedrus	ἡ κέδρος
carduus pinæa ἡ ιζίνη, ali=	cedrula	ἡ κεδρίς
bi ιζία.	cedua	ἡ κουριζομένη
carduus	celastrus	τὸ κάλασπορ
carica ἡ ισχάσ herba est,	celtis, siue lotus faba græ-	
quam alij ὀπτροπ, id est	ca ὁ λωτός.	
pirum appellant	centaurium τὸ κεντούριον	
caro	καρπος centine culicum genus	
caro fructus pulpa τὸ πῆ	κεντίνα.	
κάρπιον.	ceræ	τὸ κεόμενον
carpinus	κεραία ceræ gnidiae τὰ κνίδια	
cassia ἡ κασία Ιούδα κνέ=	κεόμενα.	
ωσον.	ceræ cretice τὰ κρητικά	

κρόμμια. δικτυκος  
αρε creticæ τὰ κριτικὰ δικτυκος  
κρόμμια coctibile, de leguminibus  
αρε gethyū δικρόμμια = dicitur διτέρα μορ  
γένους. colus  
ceræ , eadem que brassica coix δικοῖς  
sylvestris η κέρα colœtiaη κολοποτία  
cerasus η κέρασος colyteaη κολυτέος  
cerastres uermis in arbo- culuta η κολούτεα in Li  
ribus δικεράσης para nascitur.  
ærinthus δικέρινθος columbinum cær διδρο  
æronia, siliquæ species, ita διοιος ἐρέβινθος  
abionibus appellatur comacum δικώμμανος  
η κερονία comythes ubi frequens ha  
cicera διωχρός rundo in stagnorum  
cær διερέβινθος locis terra pingui, ε  
cærcula διλάθυρος leta κώμητες  
dauta δικόναρος conus δικῶνος  
anamomū δικνάμωμος cōsecratrix, iris η ἵερις  
cingulum. Algae species cor, idē quod medulla, ε  
διζοσή. matrix η καρδία  
circuagnatio η αμφιφύτης corchorus δικόρχοος  
clauicula ederæ species corianum δικοριάνυμος  
η ελιξ coriannissū δικοριάνυνσος  
clavus, oleæ morbus, qui corinthia radix η κορινθία  
fungus, ερ olla διλος ῥαφανίς.  
cleonea radix η κλωνω= corna τὰ κρανία  
ναίας ῥαφανίς cornus η κρανία  
Cneorus, frutex δικέρωρος cornus fœmina, fœminis

cornus ἡ θηλυκρανία crocus, & crocum ὁ κρός  
corniculata, papaveris κοφ  
sylvestris species ἡ κε= croton ὁ κρότωρ arbor,  
σατίτις. & aliud morbi ge=  
coronarij generis τὰς ε= nus, uide γόμφοι  
φανωματικά. cuciophora, arbor τὸ  
cornaria, id est quibns ad ικνιόφρορ.  
coronas utimur τὰς ε cruarbita ἡ κολοκάθα,  
φανωματικά. καὶ κολοκάθη.  
corsium, loti radix τὸ κόφ cucumis ἡ σίκυσ ὁ σίκυος  
σιορ. alibi  
corrudago ἡ απωφαγία cuminis sylvestris ὁ σί=  
corymbia, edere species κυος ἀγριος  
ἡ πορυμβία. culmus ὁ κάλαμος  
coctus ὁ κόσος culiae caprificiū ὁ φῆνες  
cotonea malus ἡ κυδώνιος cuminum τὸ κύμινον  
μηλέα. cunila θύμορ  
coturnix, plātago ab alijs cupressus ἡ κυπαρίτχος  
dicta ἡ ὄρτυξ cutis τὸ δέρμα  
eradatio in fico morbus cycæ palmarum genus ὁ  
ὁ κράδος. κύκαι.  
eradæ ὁ κράδων cyix ἡ κύζ  
cranium τὸ κρανίον cyma ἡ κῦμα  
cratægus ἡ κράτωρος, cyprium allium τὸ κύ=  
και κραταιγώρ. πειρος καρδοσορ.  
cratæus ἡ κράταιος cytisus ὁ κύτισος  
crispa brassica ἡ ὄυλός D  
φυλλος ἑάφανος. De cælum nationi ἐπικρπή  
desyderium

desyderium flosσ πόθος	rum genere τότενδοια
Dictamum τὸ δίκτας	σικόρ
μορ dracunculus herba τὸ	Epimetrum, herba flore carens τὸ ἐπίμε-
δρακοντιορ	γρορ
drypis ex humili materia	Equapium τὸ ἐπιποσέλι-
planta ἡ δρυπής	ρορ
drupa olias δρυπηταὶ	equestris radix in seca-
ελοίας	θια νασεν ἡ ἴππων
Dulcis radix θυμυλιο-	equi faeniculum τὸ ἴππο-
κέα ϕαε στηνο-	μάρανδρον
ἡ dicitur.	equus frutex ὁ γρος
E	eraria, suffrutex ὁ χάλ-
Ebenus ἡ ἔβενος	κεος
egis, pino innascitur ἡ αἱ	erica ἡ ἔρεικα
γίσ	erimum, suffrutex τὸ
Elleborus ὁ ἔλλεβος	ἥψιγχιορ
ueratrum	eruca τὸ ἔργωμορ
elleborina herba ἡ ἔλλε-	eruanga, eruo innascens
βογίν	ἡ ὀροβάγχη
elium, suffrutex τὸ ἥμε-	escalapia panace τὸ ἄστ-
σοκαλές	κληπίεορ πάνακες
cenantha, alibi uitiflora	Euboicum τὸ εὐβοϊκόρ
ἡ δινάσιθη	euonymus, arbor ὁ ξυνώ
enothera ὁ δινοθήρας	νυμος
ensif herba τὸ φάσγα-	F
vop	Faba ὁ κύαμος
enthusicum, herba ex ole-	fabetum ὁ κυαμώρ
	fabrifugia

fabris fugia, sel terre, cena ιρόμυνα  
taurum τὸ κενταύριον fistularia harundo ή σῦνη  
fagop, κοκκινοφύλλον flamma, seu flā-  
fagus ή φηγός mula suffrutex, εξ  
fæminifica, herba τὸ θη- flos coronamentis  
λύγονος aptus ή φλόξ  
fæniculus τὸ μέρος fleus ή φλεῶσ  
θηροπίδης flos τὸ αὐνθος  
fænum græcum ὁ βιού fluida frutex ὁ ροῦς mea-  
κερωσ, κοινή τύλη dicamentum etiam in-  
ferula ή νάρθηξ ibi  
ferulago ή ναρθηκία fossio ή σκαπάνη  
ficus egyptia ή συκῆ οὖς frans herba ή απάτη  
γυπτία fraxinus ή μελίς  
ficus ή συκῆ, est etiam ma fremū ή ανεμόνη, @ ve-  
ritima plāta. μωλία alibi.  
fictitia myrrha πλακαί frondiflora herba τὸ φυλ-  
ποστόσ μύρη λανθεῖς in codice ta-  
fidicula, polypodium τὸ men græco scriptū est  
λυπόσιον ή φυλλανθεῖς  
fidicula τὸ τριχομανές fructus ή καρπός  
filix ή πτερίς fruges ή σιτηρά  
filix fœmina ή θηλυπτής frumentum ή σῖτος, fru-  
sis mentago ή σιταί  
fimus ή κόπρος vīas  
fimus stipularius ή κό- frutex ή θάμνος  
προσσυρματίτης fruteticius ή ονόμη λοχ-  
fissiles cepæ τὸ χίστη μώδης fungus

fungus ὁ μύκης gl ns peculiaris Aegypti  
fungus, olcæ morbus ita di planta ἡ Βάλανος  
elus ὁ μύκης gongri in arboribus, et  
furfur τὸ πίτυρον precipue in olea na-  
fusus agrestis suffrutex scuntur oī γόγχοι, id  
ἡ δερακτυλίς autem et πρέμνοι  
fusus agrestis ἡ φόνος premnum, et κρότωρ  
G id est croton appellat-

Galla ἡ κυμίς tur.

gallina γλεῦνος, κοὺ γλεῖ gramen ἡ ἄγρωσις  
vop, alibi γλεῦνος granaficaria, que sicubus  
gallica messili species ἡ ἀν insunt ἡ κεγχαμί-  
θησειδής δε

gardiae aeræ τὰ γάρδια granum gnidum ὁ κνι-  
κέρωμα μνα διος κόκκινος  
gemma in utte ὁ ὄφθαλ= grossi, qui et grossuli τὰ  
μέσα ἔρνα

geminalis τὸ ὄξμωρον gummi τὸ κόμμι  
geniculum, ut in harundi- H

nibus τὸ γόνῳ harundo laconica ὁ κάλα  
germen ὁ βλασός, κοὺ μος λακωνικός

τὸ βλάσμα harundo sagittaria ὁ κάλα  
germinati ἡ βλάστοις μος τοζικός quam

gethyum τὸ γήθυνον κρητικήμ, id est creti-  
git

gladiolus ὁ κύπερος harundo spadonis nomi-  
glans ἡ βάλανος ne ὁ κάλαμος εὐνου-  
χίας

harundo

<i>harundo bombycia</i>	κάλα	η ἕρακλέα μος έσμινίας.	<i>heralanata panace</i>	τὸ η ἕρακλεορ πάνακες.
<i>harundo armamentaria</i>	διάλαμος ζευλίτης.	<i>herculana</i>	η ἕρακλεφα.	
<i>harundo texilis</i>	διάλα	<i>herculanum</i>	<i>panauer</i>	
μος ωλόνιμος		η ἕρακλεια μήκωρ.		
<i>harundo tibialis</i>	διάλα	<i>hibiscum</i>	η δλθέα.	
μος αὐλιτικός		<i>hippophaës</i> , quod ex lata		
<i>harundo uallatoria</i>	διάλα	<i>ria conficitur</i>	τὸ	
λαμος χαρακίας		η πποφαές.		
<i>hastula regia</i>	η ἀσφόδε=	<i>hircibarbula</i> , <i>herba</i> ο βα=		
	λα	γωώγωρ		
<i>hedera</i>	δικτύος	<i>hirciflina</i> .	η εραγά=	
<i>helenium</i>	τὸ έλενιον	καρθα		
<i>helica, salicis species</i>	η ε=	<i>hirculate uites</i> διεραγῶ=		
	λίκη.	σαι ἄμπελοι		
<i>hemodorū fæno græco in</i>	<i>birūdinaria</i>	τὸ χελι=		
<i>nascitur, et cumino</i>		μώριον.		
τὸ ὄιμόδωρο.		<i>humilis materia</i>	τὰ ὑλῆ=	
<i>herbalanaria</i>	τὸ σρού=	ματα.		
θιορ.		<i>humirubus</i>	δχαμοί=	
<i>herba</i> η πόα, et quæ spe		βατος		
cialiter <i>herba appella</i>	humor	τὸ ὑγρόν		
tur,		<i>hyacinthus</i>	δύσκινθος.	
<i>herbacea</i>	τὰ ποωδέ	<i>hyphear</i> , <i>fructus quidam</i>		
<i>herbula indifferenter</i>	τὸ	<i>ilicis</i>	τὸ ὑφεαρ.	
ποάριον.			I	
<i>herculacea, spinæ genus Iasiona</i>			η ιασιόνη.	
			et	icta

- icma ή ἵκμα. iuniperus ή ἄρκευθος.  
idea pinus ιδέαπιτος. iuncus ο χοῦνθ.  
ilex ο πεύθ ixina spina η ιχίνη σκανθος  
incoctibile , de legumini= bus dicitur τὸ ἀτέρα= μορ.  
L  
inoculatio ένοφθαλμίσ= Labrusca ή σαφυλή.  
λός. lacata ή λακάθη.  
insitio ή ἐμφυτέα. lactisuccatio ο δπισμός  
infistiones αἱ ἐμφυτέαις lactuca ή θριδωκίνη<sup>η</sup>  
intubus ή κιχώρη. ή θριδωκή.  
intubus, siue ampulla, seu lactuca caprina, seu lacta  
cichorea τὸ κιχώριορ. ria τὸ μηκώνιορ.  
intubus erraticus τὸ κι= lactuaria lactuca capri=  
χώριορ. na, alibi ο τιθύματλος.  
αγγιορ.. laconica lactuca ή λακ  
iouis flamma ο διστόν = κωνική θριδωκίνη.  
goz arbor laconicus acuminis ο λακ  
iouis flos τὸ διος ἄνθος. κωνικὸς σίκυος  
ipnum τὸ ιπνορ. lachryma τὸ δάκρυον  
ips ipis ο ιψ. lanuginosus ο χνοώδης.  
iphyum τὸ ιφυορ. lappa, in lente nascitur.  
irrigatio ή ίδρεία. ή άπαργίνη lappa herba  
isyrinchium τὸ ισυρίγ= ή ήπαργίνη, alibi άπα=  
χιορ.  
iuba, quam scilicet miliū, lappago τὸ ιππόφυορ,  
et quæcūq; miliacca co= alibi ιπποδιος.  
mā proferūt ή φεθή. larex, picea ή πίτυς,  
laserpitius

laſerpiciū laſer τὸ σίλα = λοπένθριορ.

Clor.

linum

τὸ λίνορ.

laterale germen ἡ παρ= linogenista τὸ λινόωσα  
ραβλάσισις τοῦ.

laticaulis lactuca ἡ τλακ lirium, idem quod narcis=  
τύκευλ Θερισταίνη sus ait esse, postea enu=  
latifolia esculus, roboris merans flores ait με  
species ἡ πλατύ= τὰ δὲ ταῦτα διάρρε=  
φυλλος. κιοσος, καὶ τὸ λείγιορ.

laurus ἡ δάφνη, liquatio δ χυλισμός.  
ηργή δαφνίς. lolium δ αἴρα.

lectirotaria, species aceris lotus herba τὸ λωτόρ.  
η κλινότροχος. lucina, arbor ἡ ελείθηος

legumina τὰ δασγια. lucernula ἡ λυχνίς.  
legumina chedropa τὰ lupinum δ δέρμος  
χεδροπά.

lemina λίμνα. in pino τὸ  
lens φακός. λούσορ.

lentiscus δ χίνος. M  
leuis brassica ἡ λόκουαι= Madonais δ μαδονᾶις  
λοσφάφανος. nymphaea est.

lignum τὸ ξύλορ. magydaris δ μασ  
ligusticum τὸ πάνακεσ. γύδαρις.

lilium τὸ κρίνορ. malua δ μαλάχη  
lemonium ἡ λεμωνία malua sylvestris δ μα=  
genus fremij, idest ἀνε= λάχη λαγγία.

μωνις. malū terræ δ φισολοχία  
lingua ceruina τὸ σκο= malū terræ δ κυκλάμια

σ η ιθ

νος, καὶ τὸ κυκλάς	massetum lasserpitij spes
μνορ	aes. τὸ μάστερον.
malum persicum τὸ μῆν	medica herba ἡ μικρική λερπερσικόν.
malus	μικλέα quod μήτρα.
malus persica	μικλέα medulla mollis ἡ ἐντε-
π στική.	ριώνη
malus uerna	μικλέα medulla ἡ μήτρα, ali-
ἐσχινή	bi matrix.
malus medica	μικλέα melāpodium τὸ μελαμ-
μικρική	πόδιον
malinathalla, in ægypto melfrugum herba	
planta nascens.	ὑ μελίαρστης
ἡ μαλιναθάλλη.	melothrus herba ἡ μήτ-
mandragora	λωθρος.
δραγόρας	melothrum suffrutex
mirifica,herba τὸ ἄρρεν-	τὸ μέλωθρον
νόγονον.	mensiflora ἡ μάνανδ
marciscus, iunci species	menta ἡ μίνδη
ο δλόχοιν	mentastrū τὸ ήδυσμον
maritima pinus παρα-	messipilus ἡ μεστίλη.
λιαπίτου	milium ὁ κέγχρος
maritimum granū species	mnasium τὸ μάστιφον
lactaria ὀπαράλιος	moly τὸ μῶλυ.
κόκκος	montapiū τὸ ὅγοσέλινον
marrubium τὸ πράσιον	montulmus ulmi species
mascula lactaria ὁ ἄρ-	ἡ ὁρεπτελέα
ξηρ τιθύμαλλον	morus ἡ συκάμινος
	morus

*morus egyptia* ἡ συκά  
μυρραὶ ἀργυρία.  
*mula, herba* ἡ ἐμένος  
*muralis herba* τὸ παρ= δένιορ  
*muralis herba, seu muri=* cida τὸ μυδόνορ  
*muscus, alibi bryum algæ*  
*species* τὸ βενορ  
*myrrha* ἡ σμύρνα  
*myrica, tamarix* ἡ μυρίκη  
*myrta* τὰ μύρτα  
*myrtaria laetaria* δὲ μυρ= τίτης τιθύμαλλος  
*myrtus* δὲ μυρένος, alibi ἡ μυρένη

*nærum* τὸ ναιροῦ  
*nigella herba* τὸ ἄνθε= μορ.  
*nigella foliosa* alia ab an= themo τὸ ἀνθεμοῦ φυλλῶσθε.  
*nodus* δόζος.  
*nouale* ἡ νερός  
*nucamētū ē picea arbore*  
*flos, uel flori propor=* tione respondens  
δὲ κύπαρος

N

*Narcissus, herba* δὲ νάρκι= σος  
*nardus* ἡ νάρδος.  
*narta* ἡ νάρτη  
*nasturtium* τὸ κάρδαμον  
*nepa suffrutex* δὲ σκορ= πίος.  
*nepita* ἡ καλαμίνθη  
*nepotes* ὡς παραβλα=

*nucleus* δὲ πυριῶ.  
*nux auellana* ἡ ἥρος= κλεωπτή καρύα.  
*nux castanea* τὸ κασαν= κόρ καρύορ  
*nux iuglās* ἡ εὐφοική κα= σύα, καὶ καρύα περσική  
*nux lactariæ fructus* τὸ καρύορ.  
*nux pinus* δὲ σρόβιλος.  
*nymphaea* ἡ νυμφαία,

O origanum τὸ ὄριγανον,  
Oculus caninus ὁ κύνων, ηγή ὄριγανος.  
alibi canaria. oryza ἡ ὄρυζα.  
ocymum τὸ ὄκυμον. ostrya ἡ ὄστρα. ostris  
œnanthe, que uitiflora la idem ἡ ὄρυζα  
tine dici potest ἡ δι- P  
νάνθη. Padus arbor, uel frutex  
olla morbus oleæ ita appell ἡ πάδος.  
latus ὁ λοπάς phalangium bestiola est in  
olea ἡ ὄλεια. eruo nascens. τὸ  
olea sylvestris ἡ ὄλη φαλάγγιον.  
ἔλαιος palea τὸ ἄχυρον  
oleagnus ἡ ὄλιγνος plā paliurus ὁ παλίουρος.  
ta in lacu orchomenio palma ἡ φοίνιξ, est etiam  
nascens species plantæ marinae.  
oleaster ὁ κότινος. palmites. τὰ κλήματα  
olera τὰ λάχανα. paludarium τὸ ἐλαιόσε= ολειαρbores τὰ δέντρα λινον.  
δρολάχανα. panacea ἡ πανάκεια.  
olitor ὁ κηπωρός. panace esculapica τὸ  
ononis suffrutex ἡ ὄνων πανακες ασκληπίου  
vīs. panace cheronea τὸ χε= onus uermis genus i affri φώτειον πάνακες.  
ca ὁ ὄνος panicum ὁ ἔλιμος,  
opition ὁ ὄπιτιον ηγή ὁ μέλινος  
orbis in ligno ἡ στέγα. papaver ἡ μάκρω  
ordeago ὁ κριθαρίας. papaver erraticum ἡ γο= ordewen ἡ κριθή. ἡ μάκρω.  
papyrus

papyrus	ο πάπυρος.	τυς φθειροφόρος.
pastinaca	τὸ μαῦρον. philica	ἡ φλαύκη.
pecciolus	ἡ κορώνη.	pilus, qui ē roboribus na-
pediculum	ο μίχθω.	scitur ο πίλω.
phelodrys	ἡ φελλός.	pinus conifera η πεύκη
	δέντρος arbor ita ab Ar-	κωνοφόρος.
	cadibus appellata.	pinus picosa η τεύκη
pennis, quē cerrus produ-		πιττώμη.
cit	ο φάσκος.	pinus pinaster pinastrum
pepo	ο σίκους.	η πεύκη.
perdicū	τὸ περδικόν.	piraea frutex η περιόδος.
perissus ueſſicarie species	ο περισσός.	piraster η αχράς.
		pirus phocis η απί
persicū	τὸ περσικόν.	ος φωκίς.
persea, pecularis egypti		pirus η απίος.
arbor	η περσέα.	pisum, legumen. ο πι-
pes gallinaceus herba ex		σός.
olerū generē	η καν-	pix η πίπλα.
καλίς.		placida species roboris
petina	η τιτίνη.	η ημερίς.
petræum	τὸ πετραιόν.	plantago η ὄρτυξ.
peucedanū	τὸ πευκέ-	plantago agnina lingua
	διανορ.	τὸ αγρόγλωσσον.
picus martius, avis	ο	plantago, quæ σ αρνό-
	διγυνοκλάστης.	γλωσσορ.
picea agrestis	η τίτις	agnina lingua ο σελε-
	αγρία	φούρος.
picea pediculifera	η πι-	planta τὸ φυτόν,
		σ iiij platanus

platanus ή πλάτανος punica ή ῥοιδ. καὶ ροά.  
pollicaria ή κόρυζα punica, quæ nucleo caret  
polium herba τὸ πό= interiori ή ροάς απύε  
λιοι. σηνος.

polium τὸ εριπόλιοι.  
poma arbuti τὰ μιμοι=

κυλα. Quadratoria ή τετρα=  
populus, nigra populus τετρία.

alnus quercus τὸ μύδιοι.  
porcellia, ex olerum gene quinquefoliū τὸ πενε

re ή υποχοιρίς τάφυλοι  
portulaca, herba ή ἄν= quinquepetala τὸ πενε

μέσαχν τάπετοι  
potula, arbor ή ασφράχτ R

Racemus ο βότρυς.  
porrum algæ species τὸ radicias, succus qui ex ea

προέσσοι sa radice prodit ο γι= porricula bestiola, que ξίος.

porris, atque alijs plu radicidium ή ἕκσο=

ribus herbis innasci= τομία tur ή πρασοκουρίς radix ή εἴρη

prunus ή κοκκίμηλος, radix liothalassia ή ροάς καὶ κοκκίμηλέα φανίς

pterinx, caulis ex cisto λειθαλασσία spina exiens ο πτέρυξ radix liothalassia

pugio, herba τὸ ζίφορι ή ιψόθρακία.

alibi ζίφος radicatio ο σφακελισμός pumex ή κίσκης rami δικλῶνε.

ramulus surculus ὁ κλας rubigo morbus seminum

δρος

η ερυθρινη

ramus pregradi ramus rubus δι βατος

ο ακρεμωρ

rumex

το λαπαθον

rhamnus ο γαμιος ruta το τηγανον

rapa η γογγιασ rutula θ πηγανιον

raphanus, radix, radicula rhutrum suffrutex το ευ.

η ραφανις

τρος

recticortex, species robo- S

ris η ευθυφλοιος Salix η ιτεα

resina η εντινη salvia ελελισφακος

rigatio η αρδεστις falsicortex, species robo-

robur, quercus η δρυς est ris η αλιφλοιος

etiam marinum quid= falsugo, morbus nonnulla-

dam, quod petris ad= rum plantarū, ut cum

nascitur. ni η αλιμη

robur nigrum το μελάνη sambucus η ακτη ει ακ-

δρυορ τεος

roratio, morbus uitis η samothracie αρε τα σα-

ροσες μοθράκια κρόμμιος

rosa η ροδωνιας sapor ο χυλος ιχηλ χυ-

rosa caninaς καρόζονη μός

rosmarinus η λιβανωτη sari το σάρι

rotundi caulis lactuca η sarculatio η σκαλσις

spongia λόκαυλος θει= sarcifta palmites τα κλι

δι ακινη ματα .

rubeia suffrutex, rubia, satureia η θυμιβρα και

alibi θερευθεδηνον το θυμιβρον

satu.

- Satus** ἡ σωρά scia la beta τὸ σικελικὸν  
**Scandix** ἡ σκάνδιξ τεῦτλον  
**Scammonia** ἡ σκαμμίων sida in orchomenio lacus  
via planta nascens ἡ σίδη  
**Scalias** fructus cacti ὁ σκάλα silago herba ὁ κορωνός  
λιας πουη.  
**Scißima agrestis** ὁ ζώνη siliqua, quā sicū ἀγύρτια  
ἄγυρτια alibi ὁζώνη appellant ἡ κερωνία.  
**Squilla** ἡ σκίλλα siliqua, speciali nomine  
**Squilla epimenidea** ἡ ἐπίμηδη ὁ ὄλιχος.  
μενίδειος σκίλλα siliqua ὁ λοβοί.  
**Scythalius cucumis** ὁ σκυταλιός sylvestris brassica ἡ σέγη  
λιάρα σίκυος ἡ ἔραφανος.  
**Securina**, que aphacē in= sinapi τὸ νάπτυ, καὶ εἴναι  
nascitur ὁ πελεκίνος πι.  
**semen** ἡ ζειά syimbriū τὸ σισύμβριον  
**semen** ὁ αέρμα sisyrinchii τὸ σισυρίγχον  
**semētes.** i. tempora, qbus οὐ.  
queq; herbae proueniunt situs serendi tempus ἔργον  
τοι τοι ἔργοι τοι.  
**Semisestarius** δῆμικτον smerca suffrutex ἡ σμέρκη  
**semperuia** τὸ σεπείωμα. γέα.  
**Senecio herba ex olerum** smilax ὁ σμίλαξ, alibi  
genere ἡ ἕριγέρον. ederam Ciliacā uocat.  
**Serpillum** ὁ ἔρπυθλος. solanus herba ὁ σεύχνος  
**sesamum** τὸ σίσαμον. alibi ueſicariā uocat.  
**setanicēcepe** τὰ σιτά = solaris, herba διλιοργός  
νικηρόμυνα. πιον.

soncus	δοσόγχος	sucario	η χύλωσις
sorba	ταῦνα	sucus liquor	δὸπες
sorbus	η ὄχη, καὶ η ὄσια, καὶ	suffrutex frutex	Σφρυ=
	οῖη		γανορ
sphaerulus herba saluie fe=		suralus, ramulus	οκλά
rē similis σφάκελος		δος	
spatha palme	η ωδέη	sanscum	Σ' αμάρακος,
spica	σάχυς	η ωγός αμάρακος	
spina candida	η λευκά=	T	
κανθα			
spina murulis η μυάκαν=		Tabes affectio quædā ar=	
θος		borum η ἔκπλιξις	
spina arbor peculiaris		tabitudo, morbus ciceris	
ægypti η ἄκανθος		δοσφάκελισμός	
spina dipsas, seu sitiens	η thapsia	θαλα	η θάλαττα
ἄκανθα διψές		taxus η μίλος, alibi μίλι	η θαψία
spina regia η ἄκανθα βα=		τος	
σιλική		theliphonum τὸ θηλύ-	
spodias	η παροδίας	φονορ	
squallor	δοκυχμός	teredo	η τερητών
stœba	η σοίβη	tetralix suffrutex η τετρά	
stercoratio	η κόπρησις	λιξ	
stiba frutex	η σιβή	thesum herba	τὸ θῆσαιος
stimulus in lapide Σ' κέν=		testiculus	δορχη
ξορ		tilia	η φίλυρα
strutea malus	η ερούθιος	tipha	η τίφη
μηλέα		tiphiūm	τὸ τίφυορ
suber οἴητος, καὶ δοφελός		tribulus	δοτρίβολος

trinodis arboris nomen	thus ὁ λιβανωτός, καὶ τὸ
τρίοζος	λιβανός
trimestre genus est ordei	thymus
τριμήναιος	ὁ θύμος
trifolium puto tamen	V
Theodorum legisse τὸ	Veneria
τριμηναιοῦ	ἡ ἄκοσος
tritelliger accepiter τὸ τρι-	uenae αἱ φλέβες οἱ φλέψ-
τριτελιγερ	tritelliger
terebinthus ὁ τερέβινθος,	ueratrum ὁ ἐπιλέβορος
καὶ τέρεβινθος	uerbascom ἡ φλόμος
terionum τὸ ἔρυσιμον, ali-	ueriquercus ἡ ἐτυμέσμης
bi erysimum	vernago, suffrutex, uer-
triticum	milago, alibi ὁ χαμαι-
triticum ponticum atrum	λέωρ
οἱ μελάμπυρος πον-	uillus nucis iulus ὁ οὐλος
τικός	καρύας
trisago, herba ἡ χαμαι-	uinaceum, seu acinus τὸ
δρυς	γίγαστρος
thyrorus ueſicariae species	uincaperuina ἡ χαμαι-
οἱ θεύροις	δάφνη
tuber terrae ἡ κυκλάμινος	uingum τὸ σύκων
tuber	τὸ οἰδηνοῦντος uiola ἡ ιωνία, κρεμή τὸ οὐ
thuia	θία, alibi θύα uiola alba τὸ λευκόν
thuium	τὸ θύρος uiola nigra τὸ μελάνιον
turdaria herba	τὸ οὐράνιον uiola matronalis τὸ λευ-
turgor. Id est cum arbores	χλαδίς κεῖον
turgent	uiola flammula
οἱ λοπατός	τὸ φλόγιον